Casa
Gab. R
Est.
Tab. 3
N.º 11

R
3
11

O. 1. Official.
N. Indus.

Inſtitutiones tum lucide, tum compendioſe, latinarum literaruz, tradite dialogo, candidis ac vere pijs cenobitis ſancte crucis. Quas profuturas Reipublice literarie ſperamus.

obiit D. Maxim⁹ auctor hui⁹ lib. anno Dni 1544 6. octobris

Foi impressa em o most.o de S.ta Cruz no ano de 1535

Do Coll.o dos Conegos Regulares

5158

## D. Emanueli priori .C. monaſterij diue crucis, ceteriſq; canonicis, Maximus .S.D. a.no 1535

PRecipis pater digniſſime, (immo ob tuam humanitatem obſecras) poſcitiſq; dilectiſſimi fratres, vt rudimẽta grammatices, ita vt nuper cuidam ex confratribus noſtris in tyrocinio agenti nos interrogãti tradidimus, q̃ʒuis imperito digeram ſtilo: non leporem ſermonis inquirentes, in quo & vos ipſi apprime eſtis eruditi, ſed grammaticorum regulas ſimplici ſermone fratribus incipientibus in monaſterio noſtro cupientes explanari. Cui rei quantum me pius ardor deſiderij veſtri prouocat obedire, tantum per multiplices eſtuum moles volentem obtemperare deterrent. Immenſumq; pelagus mihi nũc in portu ſilentij conſtituto aperitur, vt ſcʒ de rebus tam profundis tamq; ſublimibus, aliquid tradere audeã memorie literarum. Ea enim que a puericia noſtra vel didicimus, vel ſtudio percepimus, agente tempore minime iam poſſumus ad integrum retinere ac reminiſci, tot annorum curriculis ab eorum meditatione abſtracti. Totum nãq; in ſola exercitatione vſuq; conſiſtit. Huc accedit quod ſup hac re, viri & ſermone & ſcientia preclari, tot iam opoſcula deſſudarunt, vt nullum poſt ſe ſcribendi locum poſteris reliquerint: poſt quorum tã exuberantia flumina, poſſim non immerito preſumptionis notari, ſi aliquid ſtilicidij huius inſerre tẽptaſſem, niſi me hec fiducia veſtre ſanctitatis animaret & ſponſio, quod vel vobis he nuge forent accepte qualeſcunq; ſunt, vel eas congregationi fratrum incipientium tantum deputaretis. Qui ſi quid a nobis minus forſitam caute prolatum fuerit, & pie relegant & cum venia indulgentiore ſuſtentent. Uerum quoniam ego ſemper animaduerti dialogorum ſtilum pene omnibus eſſe gratiorem, dignum duxi, vt ea que hac in re cum prenominato tyro

tone ac fratre noſtro (iuuene quidem optime indolis) docendi gratia enucleauimus, ipſo interrogante me vero reſpondente, luce clarius inoteſcant, vt preceptis veſtris ſatiſfaciam. Habetis igitur dilectiſſimi fratres (vnicum religionis ꝛ humilitatis exemplum) inſtituta grāmatices, que nō ſufficierenus tractanda ſunt, cum ſit ars omniū aliarum radix, per omneiſqȝ alias ingenioſe vagatur. Ea quidem gemina gratia poterunt placere, ꝛ quod omnia grammatices precepta complexa ſint, ꝛ quod velut breuiarij vice ſtudioſis erunt, ꝛ que ab alijs ſcriptoribus varie ac diffuſe tradita ſunt, teneant. Sed qui cuncta creauit ſummus atqȝ altitonans princeps, qui celum ac terram mirabili prouidentia regit, qui mortalium conſilia dirigit, actiones inſtituit, is auditor fortunet vota ꝛ incepta noſtra ſecundet.

nota diuisione nō ita digestat

Telos



BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE

# Dialogus grammaticalis fœliciter incipit.

## Maximus, Veriſſimus,

COgitanti mihi ob celebratiſſimum ſilentium huius obſeruantiſſimi cenobij minime talia euenire, obtigit, vt poſt ſynaxim veſpertinam vna ex probatiſſimis cenobitis, cui nomen Veriſſimo, vna mecum affuerit, ſimul habita copia, in hortum gratia viſitatiōis et recreationis ſpūalis. Perluſtratiſqz quatuor ſacellis, Precurſoris, Antonij Pauli, Hieronymi: prope fonticulum inibi non inamene ſcaturientem dum in mutuos miſcemur amplexus, proprijs nos ſalutauimus nominibus, ac ſedentes incredibilem cepimus voluptatem, laudes dn̄o in communi referentes. Defuncta demū confabulatione de felicitate ſolitarij, miſeria occupati, varieqz calamitatis temporum, Veriſſimus, qui plurimum in virū doctum euadere anhelabat, de grammatices diſciplina inquirēs, ita exorſus eſt.

Veriſſimus) Pro tua ſingulari beneuolentia, qua me ſemper proſſequutus fuiſti dilectiſſime frater, atqz decus grāmaticorū non mediocriter erudite, rogo, oro, atqz exoro vt quicquid de nomine, verbo, ſeu partibus ad oratiōem pertinentibus interrogauero promas.

Maximus) Duram prouintiam et profecto meis viribus imparem poſtulaſti, ſed vt tetrum vitium ingratitudinis aufugiam, coactus ſane proferam quicquid de hoc compertum habeam.

Veris.) Ornatiſſime frater, ſi orationem tuā interloquēdo interrūpā da veniā, et in primis obſecro vt elucidēs quid ſit grāmatice.

Mar.) Eſt ars recte loquendi recteqz ſcribendi, ſcriptorū lectionibus obſeruata, fons et origo omnium artium.

Veris.) Vnde dicitur grammatica?

Mar.) ἀπὸ τοῦ γράμματος. Hoc eſt a literis, latine enim literaria dicitur: quod ex literis ſyllabe fiant, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus conſtructio ſeu oratio.

Veriſ.) Ita deus bene me amet, quid ſit oratio ignoro.

Mar.) Eſt ordinatio dictionum congruam ſententiam perfectamq; demonſtrans.

Veriſ.) Quot ſunt partes orationis?

Mar.) Octo. Nomen. Pronomen. Verbum. Aduerbium. Participium. Coniunctio. Prepoſitio. Interiectio.

## Ver.) Quid eſt nomen?

Mar.) Pars orationis que rem ſignificat non actionem.

Veriſ.) Unde dicitur nomen?

Mar.) Dicitur a greco ὄνομα quod latine interpretatur nomen.

Veriſ.) Quotuplex eſt nomen?

M.) Duplex, ſubſtantiuũ & adiectiuũ. Subſtantiuũ eſt quod ſubſtantiã vel quaſi ſubſtantiã ſignificat, vt homo albedo. Adiectiuũ, quod adiectum ſubſtantiuo ſignificat in eo aliquod accidens, vt Vir prudens.

V.) Nomini quot accidunt?

M.) Sex. Qualitas. Species. Genus. Numerus. Figura. Caſus cum declinatione.

V.) Nominis accidentia deſcripſiſti, ne graueris obſecro eorũ vnũquodq;, vt mihi felicius inoteſcant, ordine elucidare.

M.) Ita faciam. Scias quod qualitas eſt accidens, per quod proprium nomen a cõmuni ſeu appellatiuo diſtinguitur. Qualitas

V.) Quod eſt nomen proprium?

M.) Quod vni tantum conuenit. vt Hieronymus Theotonius.

V.) Commune ſeu appellatiuum quod eſt?

M.) Quod pluribus conuenit. vt Vir, Frater.

Nec te lateat quatuor eſſe proprij nominis ſpecies.

Prenomen, quod differentie cauſa aut in ſignum nobilitatis honoris ve preponitur.

Nomen, quod eſt cuiuſq; proprium.

Cognomen, quod eſt familie & cognationis commune.

Agnomen, quod euentu aliquo acquiritur.

Sit exempli gratia. M. Portius, Cato, Cenſorinus.

Species. Veriſ.) Quid eſt ſpecies ?
Mar.) Eſt illud quo primitiuū nomen a deriuatiuo ſepatur.
V. Quot ſunt ſpecies?
M. Species nominum tam ſubſtantiuis quam adiectiuis cō- munes ſunt due.
Primitiua que aliunde non deriuatur. vt Rex.
Deriuatiua que aliunde deriuatur. vt Regius.
Sunt autem deriuatiuorum nominum differentie nouem:
Poſſeſſiuum. Denominatiuum. Diminutiuum. Verbale. Parti cipiale. Aduerbiale. Compatiuū. Superlatiuū. Patronymicū
V.) Poſſeſſiuum nomen quod eſt?
M.) Quod cum gtō primitiui ſignificat aliquid ex his que poſ- ſidentur. vt Euandrius enſis .i. enſis euandri.
V.) Quod eſt nomen denominatiuum?
M.) Quod a nomine deriuatur, neqꝫ denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione. vt citharedus a cithara. ſaxoſus a ſaxo.
V.) Quod eſt nomen diminutiuum?
M.) Quod diminutionem ſui primitiui abſolute demōſtrat. vt Regulus. paruus rex.
Et ſcias ꝙ proferuntur diminutiua quattuor de cauſis.
Neceſſarie ſignificationis gratia. vt tantillus.
Gratia vrbanitatis. vt fraterculus, ingeniolum.
Item cauſa adulationis. vt corculum animula.
Contemptus cauſa. vt homuntio, homulus, homunculus.
¶ Nominum tamen diminutiuorum non eſt certa ratio qua poſ- ſint formari, quia exeūt in varias terminationes. Sed pleruſqꝫ
In ulus. a. um. vt fraterculus. ſororcula. munuſculum.
Aliquando in io, vt homuncio. ſenecio.
Aliquando in aſter. a. um. vt pinaſter. filiaſtra. apiaſtrum.
Quam formam dicit Valla imitationem ſignificare. Surdaſter tamen & recaluaſter diminutionis regulam ſeruant.
In olus. a. um. vt Sergiolus. corola. palliolum.
In ellus. a. um. vt tenellus. a. um.
In illus. a. um. vt tantillus. a. um.
In leus. vt equuleus.
In iſcus. vt paniſcus. baſiliſcus.
Veriſ.) Quod eſt nomen verbale?
Mar.) Quod a verbo deducitur.

Et verbale maſculinū in or fit ab vltimo ſupino v mutata in or.
vt lectu lector. A maſculino ꝟo verbali finito in tor, fit ꝟbale
femi. in trix. mutata tor in trix. vt creator creatrix. Dicimus ta-
men nutrix pro nutritrix. Et que in ſor deſinunt, non faciunt
ex ſe femininum, preter tonſor quod facit tonſtrix aſſumpta t, vn
de fit diminutiuū tonſtricula ⁊ tōſtrina, ⁊ ab expultor expultrix.
¶ Verbale in us, tio, fiunt ab vltimo ſupino addita s, vel mu
tata u, in io, vt viſus ⁊ viſio, Que tamen veniunt a verbis pri-
me coniugationis poſitionem ſupini habentibus in tum, vel in
ctum, preter legem ceterorum exeunt in actio, non in itio, neq;
ctio, vt Veto vetitum vetatio. Preſto preſtitū preſtatio.
Cubo cubitum cubatio. Domo domitum domatio.
Sono ſonitum ſonatio. Crepo crepitum crepatio.
Tono tonitum tonatio. Licet dicamus ſonitus, crepitus, tonitꝰ.
non ſonatus, crepatus, tonatus.
Frico frictū fricatio. Seco ſectū ſecatio, tñ crebrꝰ repit ſectio.
Lauo ⁊ poto, quia in otum habent ſupinum, formāt verbalia,
lotor potor, lotio potio, ⁊ lotiū pro vrina, prima tamen breui.
Et quia aliqñ reperitur lauatum ⁊ potatū, fit lauatio ⁊ potatio.
lauatorq; ⁊ potator. Iuuo a iutū facit iutor, ſeu potiꝰ adiutor.
a iuuatum facit iuuatio. Ex ceteris pauca ſunt verbalia in or,
vt domitor ⁊ domator, ⁊ ſector a ſeco, quod ſignificat venditorē,
⁊ ſectio ipſa venditio.
¶ Verbalia in men, formantur a ſecunda ꝟbi ꝑſona, vt Acuo,
acuis acumen. Nuo nuis numen. Doceo doces documen.
Moneo mones monimen. Que addita tum, formant in tum
verbalia, vt documentum. monimentum.
Verbalia in bilis, formantur a ſecunda verbi ꝑſona s in bilis,
vt Amo amas amabilis. Ea tñ que ſunt ſecūde inflexionis mu
tant e in i, vt docibilis non docebilis. In monoſyllabis tamen
regula ſeruatur, vt flebilis.
A ſupinis in xu, ſu, ptu, fiunt u verſa in i addendo bilis, vt
Pexu pexibilis. Viſu viſibilis. Corruptu corruptibilis.
¶ Item q̄ꝫplura alia verbalia exeunt a verbis variis formis.
In a, vt a candeo candela. In e, vt a cubo cubile. In o, vt a
lateo latro. In il, vt a vigilo vigil. In ul, vt a conſulo conſul.
In bulum, vt a ſto ſtabulum. In culum, vt a propugno propu
gnaculum. In es, vt a tego teges. In os, vt a cuſtodio cuſtos.

In bundus, vt populabundus. Que cum participio preſentis ſignificant quandam vehementiam, vt vitabundꝰ, valde vitãs In ax, vt a loquor loquax. In ex, vt a verto vertex. In ox, vt a voco vox. In ux, vt a luceo lux. In nx, vt a coniugo ꝯiūx. In rx, vt a barceo arx.

Veriſ.) Quod eſt nomen participiale?

Mar.) Quod a participio deriuatur. vt factitius, amandus, reuerendus, Hoc eſt dignus amari ⁊ revereri.

V.) Quod eſt nomen aduerbiale?

M.) Quod ab aduerbio deriuatur, vt a perendie, perendinꝰ a, um. ab hodie, hodiernus. a. um.

V.) Quod eſt nomen comparatiuum?

M.) Quod ſupra poſitiui ſignificationē, ſignificat magis adverbium. vt Juſtior, magis iuſtus.

V.) Gradus comparationis quot ſunt.

M.) Tres. Poſitiuus. Comparatiuus. Superlatiuus. Dicitur autem poſitiuus id omne vnde comparatiua ⁊ ſuperlatiua formantur.

V.) Vnde deriuantur comparatiua ⁊ ſuperlatiua?

M.) A nominibus adiectiuis, a verbis, a prepoſitionibus, et ab aduerbijs, quorum ſignificatio augeri minui ve poteſt.

Ceterū in formandis comparatiuis obſeruabis, quod cum a nominibus deriuantur, formantur a poſitiui caſu ſecunde vel tertie declinationis, in i deſinenti addita or, vt

Albi, albior.

Prudenti, prudentior.

Que tamen vocalem habent ante i s, vel us, non formant cōparatiua iuxta regulam ſupra poſitam, ſed comparatiuus deſcribitur adiecta voce magis ad poſitiuum. vt

Pius, magis pius.

Idoneus magis idoneus.

Tenuis magis tenuis.

Inuenies tamen vſurpari ſepe tenuior.

¶ Fit autem comparatio aut ab vna ſubſtantia ad aliā, vt ego ſum maior te, aut ad ſeipſam, vt ego ſum ditior ſolito. vel ſapientior hodie q̄z heri.

Aut ab vno accidente ad aliud, ⁊ tunc fere ſemper vtimur aduerbio, vt ſum magis fortis quam doctus.

Aut ab vno actu ad alium. vt Ego malo vitam quam mortem. & magis lego quam diſco.
D. Quod eſt ſuperlatiuum nomen?
M. Quod ad plures ſui generis cõparatũ ſupponitur omnib9. vel per ſe prolatũ poſitiui intellectũ hẽt cũ aduerbio valde.
D. Unde deriuatur?
M. Unde et comparatiuum.
D. Quomodo formatur ſuperlatiuum?
M. Que in r finiunt, ſuperlatiua faciunt adiecta rimus nñ, vt

| | |
|---|---|
| Saluber | ſaluberrimus. |
| Pulcher | pulcherrimus. |

Que aliter finiunt ſuperlatiuum faciunt adiecta ſ & ſimus ad poſitiui caſum in i deſinentẽ. vt

| | |
|---|---|
| Candidi | candidiſſimus. |
| Prudenti | prudentiſſimus. |

¶ Ceterum in comparando obſeruabis quid probet vſus & eruditorum authoritas. Non enim omnia nomina comparari poſſunt tametſi nihil vetet ſignificatio. ſed quia vſus eorum comparationem non probauit. vt almus & que bundus finiunt. vt Sitibundus moribunds. Et pronomina, quanq3 Plautus dixerit ipſiſſimus eſt. Et nomina numeralia ſiue ſint diſtributiua ſiue ordinalia. Ab ingens tametſi vetat ſignificatio fecit Verg. comparatiuum ingentior.
D. Sat ea que dicta ſunt inteligo conſiliumq3 tuum ſequar, ſed eſt ne aliqua irregularis comparatio?
M. Etiam. Anomala prorſus ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| Bonus | melior | optimus. |
| Malus | peior | peſſimus. |
| Magnus | maior | maximus. |
| Paruus | minor | minimus. |
| Nequam | nequior | nequiſſimus. |

Et que a facio, dico, volo & loquor componuntur. vt

| | | |
|---|---|---|
| Magnificus | magnificentior | magnificentiſſimus. |
| Maledicus | maledicentior | maledicentiſſimus. |
| Beneuolus | beneuolentior | beneuolentiſſimus. |
| Magniloquus | magniloquentior | magniloquentiſſimus. |

Que tamen magis a magnificens, maledicens, beneuolens, & magniloquẽs, deriuari videntur.

Ocior, ociſſimus non habet poſitiuũ latinũ ſed grecũ.
Humilis humillimus. Maturus maturrimus.
Gracilis gracillimus. Vetus veterrimus.
Facilis facillimus Siniſter ſiniſtimus.
Agilis agillimus. Dexter dextimus.
Similis ſimillimus. Hec compatiua habent regularia.
Senex, Iuuenis, Adoleſcẽs, licet habeant comparatiuum regulare, carent tamen ſuperlatiuo.
Pius pijſſimus vel pientiſſimus, comparatiuo caret.
Multus plurimus, Multa plurima, carent comparatiuo.
Multum Plus plurimum.
Multi plures plurimi. In plurali integrum eſt.

¶ Comparantur ⁊ hec verba.

Detero. is. deterior deterrimus.
Potior. is. potior potiſſimus.

¶ Comparantur ⁊ he prepoſitiones.

Extra exterior extimus. extrem⁹ vſitati⁹.
Intra interior intimus.
Vltra vlterior vltimus.
Citra citerior citimus.
Supra ſuperior ſupremus.
Infra inferior infimus.
Poſt poſterior poſtremus.
Prope propior proximus.

¶ Comparantur ⁊ hec aduerbia.

Pridem prior primus.
Penitus penitior penitiſſimus
Diu diutius diutiſſime.
Nuper nuperrimus.
Sepe Cõpatiuo caret. ſepiſſimus.

Veriſſimus.) Quod eſt nomen patronymicum?
Mar.) Quod deriuatur a proprijs nominibus patrũ vel auorum ſecundum grecam formam, et ſignificat cum gtõ primitiui filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel aliquem ex poſteris illius a quo deriuatur. vt Priamides, filius vel nepos vel aliquis ex poſteris priami.
Patronymica abuſiue formãtur a nominib⁹ matrũ. vt Iliades id eſt Romulus vel remus, Ilie filius. A nominib⁹ fratrum.

vt Pheterias, ſoror pheteris. A nominibꝰ regum, vt Romu
lide .i. romani a rege romulo. A nominibus filiorum, vt mele
agris .i. althea meleagri mater. Et a nominibꝰ aliarum rerum
puta deorum, gentium, vrbium, et regionum, de quibꝰ paſſim
exempla reperies apud authores. Patronymica propter carmina
ſolum inuenta ſunt, ideo ipſis in proſa oratione nõ vtimur, niſi
a doctiſſimis fuerit recepta: neqꝫ a latinis formabis niſi parciſ
ſime in magno ope. Interim pro primitiuis ſumuntur, vt Sci
piades pro ſcipiones, Amazonides pro amazones.
Patronymicorum terminationes quibꝰ latini vtuntur ſunt qua
tuor, des, as, is, ne. Prima maſculini gñeris, relique vero
feminini. Patronymica non habẽt formationis certas regulas
quia pro metri ratione varie formantur, regule tamen licet non
ſatis catholice he dari ſolent.
Patronymica in des, a nominibus prime declinationis, formã
tur a genitiuo ſingulari, e finali mutata in des, vt Ilia iliae,
iliades, Eneas eneae, eneades.
In nominibus ſecunde declinationis formantur a genitiuo ad
dita des, vt Priamus priami, priamides. Sed que duplex ij,
habent in gtõ mutata i in a, et addita des faciũt patronymicũ,
vt Menetius menetij, menetiades.
Que vero in eus diphthongon terminantur, cum duplicẽ ha
beant genitiuũ, in ei et in i, formãt patronymicum a gtõ ſecun
do addita des, vt Pentheus penthei, vel penthi, penthides.
In nominibus tertie declinationis formantur a datiuo addita
des. vt Neſtor neſtori, neſtorides.
Multa contra regulam formantur, nam authores addũt demũt
⁊ mutãt pro metri exigẽtia, vt Scipiades pro ſcipiones. Deuca
lides pro deucalionides. Enides pro eneades dixit Verg.
Patronymica in as, fiũt a patronymicis in des habẽtibꝰ a ãte
des, de, ſyllaba ablata. vt Peliades pelias, adis, vel ados,
Patronymica in is, formantur ab habẽtibꝰ i ante des, ablata
de. vt Priamides priamis, idis, vel idos. Quod ſi illud i pro
ducatur mutatur in ei, vt Pelides peleis, idis, vel idos. Hoc
modo exeũt multa librorum nomina, vt Aquileis, eneis.
Patronymica in e, pauca legũtur, ⁊ formãtur a gtĩo addita ne,
vt Adaſtrus .i. adaſtrine. Vel mutando ei, in i longũ, vt nereꝰ
nerei nerine. Vel posteriꝰ i, mutãdo in o, acriſiꝰ .ij. acriſione.

Veriſ. AGo quas poſſum gratias tibi ex tanto labore, ac etiam quia ex his que hucuſqꝫ dixiſti non modo docilis ⁊ doctus, verum etiam eruditus ſum factus, nūc oro quid ſit

Genus. genus explanes.

Mar. Eſt illud quo maſculinum a femenino diſtinguitur ⁊ neutrum ab vtroqꝫ.

V. Genera nominum quot ſunt?

Mar. Septem.

Maſculinum, vt hic campus.

Femininum, vt hec cauea.

Neutrum, vt hoc oſtium.

Cōmune genꝰ ↄſtat ex maſculino ⁊ femi, vt hic ⁊ hec coniuns.

Dubium ex alterutro, vt hic aut hec adeps.

Επικοινον Seu promiſcuum, cum vno articulo duo genera complectituur, vt hic paſſer hec aquila.

Omne genꝰ ex tribus predictis cōſtat, vt hic ⁊ hec ⁊ hoc felix.

Veriſ. Prout mihi videor frater chariſſime, regulas generis ſoluta oratione mihi tradere paras, at mihi carmen acōmodatius videtur, vt ⁊ mandari ⁊ memoria teneri felicius poſſit.

Mar. Minime gentium mi veriſſime, Nam nulla ingeniis puerorum eſt pernitioſior peſtis, q̄ꝫ incultum de arte grammatica carmen, memorie mandare. Siquidem cum parum ornatos ⁊ vt ita dixerim, barbaros verſus diſcimus, tales ac potius incultiores ipſi euadimus. Solemus enim iis quos imitamur: plerunqꝫ eſſe deteriores. Quare non perinde mihi probantur, qui grāmatices rudimenta carmine ediderunt: nanqꝫ vtilitatis pretextu, non modo puerorum ingenia preceptiunculis onerarunt, ſed ⁊ latiſſimum ⁊ vndiquaqꝫ patens latinitatis pratum ſuis carminibꝰ obnubilarunt. Qui tanq̄ꝫ ſemel balbutiſſe eſſet parū, balbutiem ſuam prolixis comentariis reddiderunt balbutiorē. Quare ſtudioſiſſime frater proſa oratione, ⁊ ea quidem quantū ſas eſt ſuccincta ac latina, accipies regulas generis. tu das opā vt eas accurate comendes memorie. Sed iam operi accingor.

¶ Sequentia docent genera pro natura rei ſignificate.

**Maſculina ſunt omnia vocabula.**

Virorum. vt bonus Homerus. Tertius Cato. maximus athlas. dulciſſimus pater.

Deorum. vt Mars impius. Plutus timidiſſimus. Tuus iam regnat Apollo.

Menſium. vt Aprilis ſacer eſt veneri. Junius dicatus iunoni. Gelidiq; decembres.

Fluminum. vt ſeptemfluus Nilus. Tagus aurifluus. Moſaq; profundus

Ventorum. vt aquaticus Auſter. Frigidus Boreas. Blandi zephyri.

## Ordo ſecundus.

**Feminina ſunt omnia vocabula.**

Mulierum. vt hec Helena. Miſerrima Dido. Pia mater.

Dearum. vt Caſta Lucina. Juno eſt thalamis prefecta.

Arborum. vt Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt. Humida laurus. alba populus.

Exceptio.

Sunt tamen arborum quedam maſculina, Oleaſter. rubus, dumus, Sunt neutra Siler, robur, ſuber, laburnum.

Nauium. vt Centaurus inuehitur magna.

Inſularum, vt Poſt habita coluiſſe Samo.

Poematum, vt apud Teren. In eunuchum ſuam, tametſi alioqui maſculina.

Oppidorum. vt prodiga Roma. alta Troia.

Exceptio.

Oppidorum nomina in ur, aut um, ſunt neutra. Horati. Mihi iam non regina roma, ſed vacuum Tybur placet, aut imbelle tarentum.

## Ordo tertius.

Neutra ſunt oīa vocabula.

Fructuum. vt viciatum pomum. aureū malum. Verg. Aurea dure mala ferūt querc⁹. Caſtanea, nux, feminina ſunt. Ficus maſculino ⁊ feminino genere vſurpatur in vtraq; declinatiōe. Eodē modo vtūtur ꝓ morbo

Literarum, vt Paruum o, Candidum T, Que ⁊ feminino gēnre vſurpi paſſim repico

Que materialiter ⁊ nominaliter ponūtur, vt Supremū vale. Quis expediuit pſitaco ſuum chere? Scire tuum nihil eſt.

Ordo quartus.

Que viris ſimul ⁊ mulieribus conueniunt dicūtur communia, vt Fur, Accola, Terrigena.

Exceptio.

Feminina tamen ſunt, Soboles et proles. Scortum ⁊ mancipium neutra.

Ordo quintus.

Omnia adiectiua atq; adeo ſola ſunt generis omnis. Aliqua vero vno termino, vt hic ⁊ hec ⁊ hoc Felix, audax, prudens, diues, pauper, Et hoc genus alia. Nonnulla duobus terminis, vt hic ⁊ hec fortis ⁊ hoc forte. hic ⁊ hec melior ⁊ hoc meli⁹. Bona pars eſt generis omnis tribus terminis. vt Candidus candida candidum. Niger nigra nigrum.
Numeralia nomina a quatuor ad centum indeclinabilia, ſunt generis omnis. Cetera vero ⁊ declinantur ⁊ diſcreta ſunt.
Sed mille bifariam vſurparūt latini, alias adiectiue generis omnis, aliquando ſubſtantiue generis neutri.
¶ Volucrum nomina vna terminatione duo genera complectētia, dicuntur ἐπίκοινον. ideſt promiſcui generis. Quod vna voce, vno articulo duo genera promiſcue ſineq; diſcrimine ſexus efferātur. vt Hic paſſer. hec pica. Hic pauo hec aquila Terminatio articulū indicabit, nā a, fere feminina terminatio eſt. er, et us, maſculina.

Excipe

Quorum diſcrete ſunt terminationes. Hic gallus hec gallina, Hic columb⁹ hec colūba. Hec grus vſitate.

¶ De nominū generib⁹ pro exigētia termini.

Ordo prim⁹.

Que ſiniunt a, ſunt feminina. vt Prolixa barba. Certe lenta ira deorum eſt. Tu galline filius albe. Mors vltima pena eſt.

Exceptio.

Excipe greca, vt planeta. cometa. propheta. poeta, que maſculina ſunt. Ceterum greca in ma, ſunt neutra. vt obſcurum enigma. argenteum enochema. Excipe ꝛ pluralia in a, vt arma. Polenta neutrum. apud Ouidiū. Dulce dedit teſta, quod coxerat ante polenta. Feminino. Cum liquido mixta perfudit diua polenta. Popa ꝛ adria maſculina.

Ordo ſecundus.

Que ſiniunt e, neutro ſunt genere. vt Aureum monile. Fetidum porcile. Exceptio.

Greca in e, fēīa ſunt. vt Grāmatice. pentecoſte. Crambe bis poſita mors. Pluralia feminina ſunt. vt nuge. Sūt tñ neutra cete et tempe. vt grandia cete. pulcberrima tempe.

Ordo tertius.

Que ſiniūt i, ſunt gñris neutri. vt amarū ſinapi. calidū piperi. vtile moly. Exceptio.

Hi obliqui frugi. nauci. nihili. huiuſmodi. cuiuſmodi. generis oīs ſunt. Homo frugi oīa recte facit. Amas hominē non nauci. mancipi res. i. ꝓpria res.

Ordo quartus.

Que ſiniūt o, genere ſunt maſculino. vt Rarus ſermo illis, magnus es ardelio. Exceptio prima.

Que do. aut go. finiūt. ſunt fēīa. vt Juſtitia eſt ſurū animiqꝫ maxima formido. Equare ī arūdine lōga aſſidua rapitur origiñ celū. Maſculina tñ ſunt ordo. vdo. harpago. cudo. ligo. ſpado. Uerū margo. cupido. cardo. ꝛ bubo dubia ſunt. Pōdo neutrū eſt ꝛ ſingulare ꝛ plrale. Preſto generis oīs. Exceptio. ij.

Jn io. vbalia ſunt fēīa. vt ſtultoꝝ magna eſt natio. De moribꝰ vltima queſtio. Huc quoqꝫ expectāt caro. talio. cenatio portio.

Ordo quintus.

Que ſiniūt u, neutra ſunt. vt curuum cornu. durum gelu.

De terminatis in c.

Lac halec neutra ſūt, ſed halecē etiā feminino gñre dixit Mar.

De terminatis in L, Ordo primus.

Que ſiniunt al, aut el, aut il, neutra ſunt. vt Animal propter conuiuia natum. Turpe toral, flaua mella, Nihil eſt ex omni parte beatum.

Exceptio.

Sal neutro genere vulgo uſurpatur. Veteres maſculino mẽs luerunt. Vigil commune eſt, Pugil, mugil & ſtrigil maſculina.

¶ Ordo ſecundus.

Que finiunt ol, aut ul, maſculina ſunt, v Fregit mundi ſol aureus aſtra. Laudatus conſul. Egregius preſul, Exul ꝯmune eſt

¶ De finitis in M, ordo primus,

Nequam omne eſt, & Totidem. Tantundem neutrum.

Ordo ſecundus.

Que finiunt um, neutra ſunt, vt Acre acetum. Semel emiſſum volat irreuocabile verbum. Mulierum nomina vt glicerium alias feminino aut neutro genere efferuntur.

¶ De terminatis in N, ordo primus.

Que finiũt an, aut on, maſculina ſunt. vt Nullus adhuc mundo prebebat lumina Titan. Primus canon. Malus demon.

Exceptio.

Complura greca mutantia on, in um, neutra ſunt. vt Ilion, Enchiridion, adyton, colon. feminina ſunt Icon, ſindon.

Ordo ſecundus.

Que finiunt en, neutra ſunt, vt Lentum vimen. Auitũ crimen Si valeas meminiſſe non eſt ignobile carmen.

Exceptio.

Maſculina ſunt, Ren, ſplen, lien, pecten, lichen, attagen, hymen nuptialis hymnus. Et Flamen ſacerdotis nomen, nã pro vento neutrum eſt. Et que a cano veniũt in cen, vt Tubicen, tibicen, lyricen, fidicen, dicis enim tubicina.

¶ De terminatis in R, ordo primus.

Que finiunt ar, aut ur, neutra ſunt. vt vtile exemplar. Candidum ebur.

Exceptio.

Par, omnis generis eſt. Lar maſculinum, nam deum domus ſignificat. Item & furſur, turtur, & vultur, anxur. Fur, cicur, ligur, augur, ad generales regulas pertinent.

Ordo ſecundus.

Que finiũt er, aut ir, aut or maſculina ſunt. vt triſolinus ager Neſcis quid ſerus veſper vehat. Vir primarius non dormit ſolidam noctem. Cecus eſt amor ſui. Labor improbꝰ omnia vincit Lucri bonus eſt odor.

Exceptio.

¶ Inceptum ꝯtinuauit iter. Spinter nouum, vicinumq; pecus grandius vber habet. Viuum cadauer. Ver erat eternum. Cum rudere tuber. Sic ⁊ fructuum nomina neutra ſunt, vt lauer, piper, laſſer, cicer, zinziber, ſiſer, ſoporiferumq; papauer. Ad hec equor. ador. marmor. cor. hir et gadir ſunt neutra. Ceterum arbor ⁊ lynter ſunt feminina. Adiectiua regulas generales ſequuntur.

| | | |
|---|---|---|
| | Corpus | bicorpor. |
| A | Color | diſcolor. |
| | Decus | indecor. |
| | Memor | immemor. |

Vſurpantur neutro genere, quemadmodum neutris adduntur pauper. degener. vber. puber. ⁊c.

De terminatis in s.

¶ Que finiunt as, feminina ſunt. vt Turbida tēpeſtas, virtꝰ ⁊ ſumma poteſtas non coeunt. Frondoſa reducitur eſtas. Nulla eſt ſyncera voluptas. Aurea mediocritas.

Exceptio.

Complura in as greca maſculina ſunt, vt Elephas. gygas, adamas. Item As ⁊ vas vadis, verum vas vaſis, fas ⁊ nefas neutra ſunt. Cōmunia ad regulas generales pertinent, vt arpinas. Veteres dixerunt arpinas et. c.

Ordo ſecundus.

¶ Que finiunt es, feminina ſunt. vt Maleſuada fames, facies tua computat annos. Credula res amor eſt. Nulla fides pietasq; viris qui caſtra ſequūtur. Venaleſq; manus ibi fas vbi maxima merces.

Exceptio.

Tudes hic vult, poples ⁊ ames, pes. aries. paries. palmes. cū limite ſtipes. Et fomes, trames, termes, cū gurgite, ceſpes. Et verres, magnes, merges, poples. Hic dabit hec ve dies, ſed pluratiuo numero eſt mas, compoſituq;. Hippomanes, cacoethes, ⁊ es neutra ſunt. Et greca nomina prime vel tertie inflexionis, vt priamides, lebes, maſculina ſunt.

Communia ſunt.

Diues, eques, comes. hebes. ſuperſtes. interpres. miles. pedes. hoſpes. ſoſpes. teres. ꝑpes. locuples. ⁊ ꝯpoſita a pes. ies. et ſedeo. vt bipes, obſes. Tribuūtur hec aliqñ ⁊ neutris.

C

Ordo tertius.

¶ Que finiunt is, ſunt feminina, vt Rara auis. Candida venit auis longis inuiſa colubris. Pulchra eſt piphraſis ciconie; In eadem es naui. Vallis accommoda fraudi.

Exceptio.

Sunt maſculina Piſcis ⁊ axis. Glis. callis. vermis. ſotularis. acynacis, orbis. Et cenchris, vectis, poſtis, cum ſanguine, follis. Et fuſtis, menſis, collis, caulis quoqꝫ faſcis. Et caſſis, torris, ſic puluis, pollis ⁊ enſis, cucumis, vomis.

Item in quibus is, Sequitur literam .n. vt Panis, cinis, ⁊ compoſita ab aſſe, vt ſemiſſis. decuſſis. centuſſis. lapis. vnguis maialis, aqualis.

Ceterum Anguis. corbis. canalis. clunis. funis ⁊ torquis, dubia ſunt. Adiectiua regulas generales ſequuntur.

Tricuſpis. ſannis. iuuenis. vis. ciuis. teſtis. hoſtis. canis. Communia ſunt, ⁊ neutro generi fere omnia tribuuntur.

Ordo quartus.

¶ Que finiūt os, maſculina ſūt, vt gelidꝰ ros, meo more fecero.

Exceptio.

Arbos. cos. dos. glos. feminina ſunt. Os chaos, melos, epos, neutra. Verum bos cuſtos, compos, impos, ſacerdos, communia ſunt.

Ordo quintus.

¶ Que finiunt us, in ſecunda aut quarta declinatione, ſunt maſculina, vt Ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.

Exceptio.

Excipe greca, que fere ſunt feminina, vt Byſſus, berillus, carbaſus, plorali neutrum eſt. Carbaſa, nardus, coctus herba, hyſopus, ſynodus, papyrus. eremꝰ, abyſſus. Sunt ⁊ feminina hec latina. Domus. colus. humus. acus. anus. idus. porticus. tribus. vānus. manus. aluus. Neutra ſunt Vulgus pelagus, ⁊ virus. Dubia ſunt, Atomus. groſſus. lecytus. penus. paradiſus. ſpecus. aluus. phaſelus. pampinus.

Appendix.

Que finiunt us, in tertia declinatione, ſunt neutra, vt fugit jrreparabile tempus, ſummū ius ſumma eſt iniuria, ſceleratum frigus, pellucidum thus.

Exceptio.

Feminina tamen ſunt. Tarda ſenectus. Miſera ſeruitus. Fecū-
da tellus. Modus eſt pulcherrima virtus. Dijs iuranda palꝰ.
Nulla ſalꝰ victis. Improba iuuētus. Incudē tundunt ferreā.
Nec pecudes, ſed tua dices pecora. Subſcus item ea eſt aſſu-
la, qua tabulati rime opplentur, femininum eſt.
Lepus, mus, pus podos, maſcula ſunt.
Sus, ligus, ⁊ grus communia. Intercus, verꝰ omnis generis.

Ordo ſextus.

Laus, fraus, ⁊ que conſonātem habēt ante .s. feminina ſunt.
vt Pallida mors. Vrbs antiqua ruit. Orandū eſt, vt ſit mens
ſana in corpore ſano hyemes orate ſerenas. Perfricte frontis,
Cecilius apud Gellium. Fronte vixit hilaro.

Exceptio.

Mons, pons, fons, dens, chalibs, ſeps pro ſerpente, maſcu-
lina ſunt. Et polyſyllaba finita in ps, vt hydrops, ethyops,
cicrops. Item ⁊ partes aſſis, que quo certius intelligantur
omnia hic recenſebimus.

| | |
|---|---|
| As vel aſſis, vncie | 12 |
| Deunx, | 11 |
| Dextans ſeu decunx, | 10 |
| Dodrans | 9 |
| Bes | 8 |
| Septunx | 7 |
| Semiſſis | 6 |
| Quincunx | 5 |
| Triens | 4 |
| Quadrans | 3 |
| Sextans | 2 |
| Vncia | 1 |

Forceps, adeps. ſcrobs. ſerpens. rudens. frons. ſtirps, du-
bia ſunt.
¶ In, t, neutra ſunt, caput, occiput, ſinciput, git, frit,

De terminatis in x, Ordo primus.

¶ Que finiūt ax, aut ex, maſculina ſunt, vt Thorax vndulatꝰ
Limax tardigradus, Anthrax, Nycticorax, Rex, grex, caudex,
codex.

Exceptio.

¶ Feminina ſunt, Smilax. halex. imbrex. climax. fax. pax. for nax. lex. nex. vibex. ſupellex. forfex. carex. forpex. atriplex. culex.

Ordo ſecundus.

¶ Finita in ix, aut ex, aut ux, feminina ſunt. vt Nix alba, can dida ceruix. Neſciat vox miſſa reuerti. nox humida. Abi in ma lam crucem. nuce caſſa non emerim.

Exceptio.

Maſculina ſunt, fornix, calix, phenix. onyx. maſtyx. ſapix. oryx. natrix. calyx. varix. volnox. Cõmunia dux. redux. τ ꝯiũx

Ordo tertius.

¶ Faux, et que conſonantem habent ante x, feminina ſunt. vt Arx probe munita, Proba merx facile emptorem reperit. Falx, lanx.

Hactenus de genere.

Deriſ.) Quid eſt Numerus?
Numerus Max.) Incremẽtũ q̃ntitatis, ab vno vſq ad plura ꝓcedẽs.
Deri.) Numeri quot ſunt?
Singularis cũ vnum ſignificamus. vt Virtus.
Max.) Duo.
Pluralis, cum plura. vt Virtutes.

Deri.) Quid eſt figura?
Figura. Max.) Eſt illud quo nomen ſimplex a ꝯpoſito diſtinguitur.
Deri.) Quot ſunt figure?
Max.) Due. Simplex, que non poteſt diuidi in partes ſignifi catiuas eius quod integrum ſignificabat. vt Aptus.
Cõpoſita que poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius quod integrum ſignificabat. vt Ineptus.
¶ Hic ſunt tibi obſeruande literarum mutationes, vt amicus inimicus. Verum in verbis frequentius mutantur litere, quã in nominibus. Decompoſita eſſe dixerunt a compoſitis nata. vt Magnanimitas, experientia, ſuffragium.
¶ Et nota quod nomina componuntur tribus modis.
Ex duobus rectis, τ vterq inflectitur. vt Summuspontifex.
Excipitur alteruter.

Ex recto ⁊ obliquo, et econtrario, et rectus tantum inflectitur. vt Paterfamilias, Juris consultus.
Ex duob⁹ obliquis ⁊ neuter inclinat. vt huiuſmodi, aliuſmodi.

Veri.) Quid eſt caſus in nomine?
Mar.) Quidã grad⁹ declinationis ꝑ quos nomen inflectitur. Caſus.
Veri.) Quot ſunt caſus?
Mar.) Sex. Nominatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accuſatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus.
Nominatiuus, Prima vox eſt qua nominamus rem.
Genitiu⁹, Non quod caſus gignat, ſed quod eo vtamur interrogati, cuius vel originis, vel poſſeſſoris res ſit. vt Cuius eſt liber? Ciceronis.
Datiuus, ꝙ eo vtamur attribuendo aliquid cuipiam. vt Do tibi eleemoſynam.
Accuſatiuus, quo vtimur cum perſonam aut rem verbo ſubijcimus. vt Lego auguſtinum.
Vocatiuus, quo vocamus. Muſa mihi cauſas memora.
Ablatiuus, quo vtimur cum auferri aliquid, ſeu inſtrumentũ quo aliquid fit, ſignificamus. Eſtqꝫ hic caſus latinis propri⁹, Greci enim ablatiuos non habent, Jdeo grammatici nõnunqꝫ latinum caſum vocant.

Veri.) Declinationes quot ſunt?
Mar.) Quinqꝫ. De quib⁹ nos tibi ſtudioſiſſime frater paradigmata, vt felicius teneas, volumus conſcribere. Declinatio.

# Paradigma prime declinationis.

Singulariter.

| | |
|---|---|
| Nominatiuo hec | Scientia. |
| Genitiuo | ſcientiæ. |
| Datiuo | ſcientiæ. |
| Accuſatiuo | ſcientiam. |
| Vocatiuo | ſcientia. |
| Ablatiuo | ſcientia. |

Pluraliter.

| | |
|---|---|
| Nõ | Scientiæ. |
| Gñõ | ſcientiarum. |
| Dtõ | ſcientijs. |
| Actõ | ſcientias. |
| Vtõ | ſcientiæ. |
| Abl'to | ſcientijs. |

¶ Complectitur prima declinatio quinqꝫ terminatiões, a, as, es, e, am, Porro greca ſunt omnia que as, aut es, aut e, finiunt, et Hebrea que in am, Declinatur autem omnia, ad paradigma nominis ſciẽtia, Niſi ꝙ finita in as, mittũt actũꝫ in an,
acuſati: tem: In es, accuſatiuum in en, vctũm ꝛ abl'tum in e,
In e, gtũm in es; ceteri caſus recto aſſimilantur.
In am, gtũꝫ ꝛ dtũm in æ, ceteri caſus ſimiles ſunt recto.
¶ Figuras admittit nonnumq̃ꝫ gtũs ſingularis, Nam Vergilius diphthongum diuiſit, cum inquit Aulai in medio, Item, pictai veſtis.

Rariſſimum eſt ꝛ priſcum quod ꝛ Priſcianus adnotauit, gtõs ſingl'ares nominũ puroꝝ in a, per as, exire, vt Maia maias pro maiæ. Et conſtat hoc emulatione grecorum fieri, vnde eſt gtũs familias, pro familiæ. Verg. auras pro auræ gtõ fecit
¶ Et genitiuo plurali nonnunq̃ꝫ ſyncope admittitur, vt Terrigenum pro terrigenarum, idqꝫ fere in ꝯpoſitis tantũ accidit.
¶ Variant et datiui plurales, Nam veteres pleraqꝫ diſcriminis cauſſa per abus, extulerũt, vt eabus pro eis feminino genere, hodie reliqua ſunt ex hac forma.
Deabus. filiabus. natabus. equabus. mulabus. libertabus ambabus. duabus. Sunt qui et dominabus dicunt.

# Paradigmata ſecũde declinationis.

Singulariter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nrō hic | Angelus. | Nrō hoc | Officium. |
| Gtō | angeli. | Gtō | officij. |
| Dtō | angelo. | Dtō | officio. |
| Actō | angelum. | Actō | officium. |
| Vtō | angele. | Vtō | officium. |
| Abl'to | angelo. | Abl'to | officio. |

Pluraliter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nrō | Angeli. | Nrō | officia. |
| Gtō | angelorum. | Gtō | officiorum |
| Dto | angelis. | Dtō | officijs. |
| Actō | angelos. | Actō | officia. |
| Vtō | angeli. | Vtō | officia. |
| Abl'to | angelis. | Abl'to | officijs. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | er, | | Puer, |
| | ir, | | Vir, |
| Hoc expectant | ur, | vt | Satur, |
| finita in | us, | | Angelus, |
| | eus, | | Orpheus, |
| | um, | | Officium, |

## De Genitiuo,

¶ Genitiuus nrō eſt iſoſyllabicus, niſi ꝙ ir, ur, et eus, finita cum ſubſcriptis in er, cum habent vnica ſyllaba locupletiorē. vt Satur ſaturi, Vir viri, Treuir treuiri, Orpheus orphei, Proſper proſperi, Aſper aſperi. Puer pueri. Tener teneri. Miſer miſeri. Gibber eri. Lacer laceri. Exter exteri. Dexter dexteri. Socer ſoceri. Gener generi. Liber liberi, adiectiuum et pro baccho. Adulter adulteri. Preſbyter preſbyteri. Liger ligeri. Mulciber mulciberi.. Celtiber celtiberi, ſicut et Iber iberi. Clauiger clauigeri. Stellifer ſtelliferi, Sicut et hoc genus alia, a gero in ger, a fero in fer,

Grecis nominibꝰ in eus, etiam ſyneresy e, et i, coeunt in ei, vnam ſyllabam, Sic Ouidius Iniuria theſei, pro theſei, Et in eos theſeos.

¶ Vnus, vter, ſolus, totus, vllus, nullus, alter, alius, peculiari modo declinantur. vnus.a.um. vnius vni. Totus.a.um. totius. toti.

¶ Accuſatiui terminatio, um, eſt, vt Angelus angelum. Sed ab eus, per a, accuſatiuos faciunt, vt Orphea. On grecū eſt, Ilion, Vulgus ⁊ vulgum latini dicunt.

¶ Vocatiuꝰ ſimilis eſt nominatiuo, niſi quod in us, nominata ſub, e, vocētur, ⁊ in ius, ꝓpria per, i, Sicut ⁊ filius fili, o āthoni, vincenti,

Deus vocamus ſicut ⁊ populus vel popule, agnus vel agne, fluuius vel fluuie, chorꝰ vel chore, Latinus pro rege ⁊ latine. Eus finita amittūt vocādo, s, vt orpheu, Sūt quedā contracta greca, que per u, vocatiuos faciunt, vt panthu.

De nominatiuo plurali.

¶ Maſculina ⁊ feminina per i, faciūt ntōs. Deus tamen dei vł dij facit in ntō ⁊ vocatiuo. Deis vel dijs in dtō ⁊ ablō.

Genitiuꝰ per orum. ſed syncope ſyllabam ſubtrahit, vt deum pro deorum. Poete his frequentius vtuntur, ſed tamen et in ſoluta oratione receptum iam eſt, mille numuum, pro numorū, ⁊ ſeſtertium pro ſeſtertiorum..

# Paradigmata tertie declinationis.

Singulariter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ntō hec | Oratio | Ntō hoc | Sydus. |
| Gtō | orationis. | Gtō | ſyderis. |
| Dtō | orationi. | Dtō | ſyderi. |
| Actō | orationem. | Actō | ſydus. |
| Vtō | oratio. | Vtō | ſydus |
| Ablō | oratione. | Ablō | ſydere. |

Pluraliter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ntō | orationes. | Ntō | ſydera. |
| Gtō | orationum. | Gtō | ſyderum. |
| Dtō | orationibus. | Dtō | ſyderibus. |
| Actō | orationes. | Actō | ſydera. |
| Vtō | orationes. | Vtō | ſydera. |
| Ablō | orationibus. | Ablō | ſyderibus. |

Huc concurrunt plus minus octo & ſeptuaginta terminationes, quibus omnibus genitiuus eſt in is.

A

A finita habent atis, vt Smigmatis, malagmatis.
Greco more etiam atos, vt Dogmatos, que ipſa additione tñ fiunt latina & ſecunde inflexionis. Veteres etiam declinarunt huiuſmodi voces prima declinatione, vt Hec Schema e, apud Plautum.

E

Que finiunt e, mutant e, in is, vt Cubile is, mare is.

I

Que finiunt i, aptota ſunt, vt Gummi, ſinapi, piperi.

O

Finita o, habent onis, vt Carbonis, vnedonis.
Ceterũ Apollo. homo. nemo. turbo. cardo. ordo, & feminina in do, go, finita faciunt in inis, vt Dulcedinis, fuliginis.
Anio & nerio habent enis, Caro carnis.
Greca nomina muliebria, in us exeũt, vt ſapho us, dido us.
Ceteri caſus in o, exeunt.

C

Lac dat lactis, halec, halecis.

D

Bogud bogudis, Dauid idis, & dauid indeclinabile.

L

Que finiunt l, aſſumũt is, vt Animalis, michaelis, vigilis, ſolis, conſulis.
Mel & fel duplici l, formant.

M

Nequam aptotum eſt, Tantundem ſolum habet gtĩꝫ tantideꝫ
Totidem item aptotum eſt.

N

Que finiunt n, aſſumunt is, vt Titan is,
Verum nomina in cen, & latina in men, cum his nominibus
Vnguẽ, pecten, inguen, gluten, mittũt inis, vt Tibicen inis, Flumen inis.
Greca quandoqꝫ exeunt in ontis, vt Acheron ontis.

Terminata in r, aſſumũt is. vt Cochlearis, lateris, martyris coloris, gutturis.

Exceptio

Adiectiua in cer, habent cris, in ber, bris, vt Volucer. cris, celeber. bris, & complura in ter. tris, vt Pater, mater, frater, venter, vter, lynter, accipiter. Et que finiunt in ſter, vt Cãpeſter. tris, ſilueſter, tris.

Cor dat cordis, hepar hepatis & hepatos, far farris, Jupiter, Jouis, & iupitris.

Ad hec femur. oris, Ebur. oris, Robur. oris, Jecur. oris, vel iecinoris. Jter itineris, ab antiquo itiner.

As

Atis formant nomina in as, vt Eadem vtilitatis que honeſtatis eſt regula.

As habet aſſis, Mas maris, Vas pro ſponſore habet vadis, alioqui vaſis. Fas & Nefas indeclinabia ſunt.

Greca maſculina fere habent antis, vt Gygas gygantis. Elephas elephantis.

Feminina habent adis, vt Monas monadis. Decas decadis, vel grecanice ados, vt Arcas arcadis, vel arcados.

Es

Que in es, finiunt maſculina aut cõmunia duoꝝ faciunt itis, vt Miles militis.

Exceptio

Verres dat verris, & Vates vatis.

Jtem hec e, retinent. Paries. aries. ꝑpes interpres. teres. indiges. prepes. hebes. locuples. inquies.

Heres. pres et pes cum compoſitis vt bipes edis, faciunt.

Compoſita a ſedeo in idis, exeunt. vt obſes obſidis.

Greca in etis, dant. vt Magnes magnetis. Lebes lebetis.

Ex proprijs nominibꝰ quedam faciũt is, vt Joannes ioannis

Quedam in is, et etis, vt Chremes chremis vel chremetis.

Es feminum.

¶ Jn es, feminina grõs faciunt es, in is, tantum mutata. vt Clades cladis. Dant tñ etis, Teges. ſeges. abies. quies. tametſi compoſitum requies quinto fere ordine declinent.

Et merces mercedis, ceres cereris & es eris dant.

Is

¶ finita in is, nihil diſſimilē habent genitiuū. vt auis, clauis

Exceptio.

Cuſpis, caſſis, lapis dant idis.
Et Semis ſemiſſis, ſanguis ſanguinis.
Cinis. Cucumis. Puluis. Vomis., que p er, relata videtur cris faciunt. Et impubis impuberis vel impubis. et glis gliris.
Gentilia in itis, formant. vt Quiris quiritis. ſamnis ſamnitis. Sic dis ditis, lis litis.
Greca mittunt idis, vt Hyaſpis. idis. Et more grecorum per eos, vt Phiſis phiſcos. Et in ios, vt Piſtis piſtios. et in yos vt Arys arGos. Quedam in entis, vt Symois. entis. Pyroys entis. Item faciunt inis, que duplicem rectum habent. vt Delphin vel delphis inis, Et Pollis pollinis, Arguit tamen analogia nominatiuum eſſe pollen.

Os

¶ Terminata in os declinātur in oris. vt Sacerdos ſacerdotis

Exceptio:

Ros. flos. Mos. Lepos. mittunt oris.
Os dat oris et oſſis. Cuſtos cuſtodis. Bos bouis.
Greca a ſuis authorib⁹ pete, ſunt enim varia, Exeunt tamen in ois, nonnulla vt Heros herois, Minos minois.

Us

Que ſiniunt us, mittunt oris. vt Corpus corporis.

Exceptio.

Ulcus. acus. viſcus. fedus. pondus. ſydus. vellus. holus. Scelus. funus. genus. vulnus. venus. munus. onus. latus. vetus et opus dant per eris.
Subſcus. incus. palus ⁊ pecus femineū, per udis formāt. Et tellus telluris. Cetera feminini gn̄is polyſyllaba ⁊ interc⁹, faciunt in utis, vt Senectus ſenectutis, Nam monoſyllaba in uris. vt Thus thuris. Grus tamen dat gruis, et Sus ſuis.
Greca in us, exeūt in untis. vt Hydrus hydruntis. Et compoſita a pus podos grece dant odis. vt Melampus melampodis. Laus dat laudis, et Fraus fraudis.

papos

Ls

¶ Puls pultis.

imaerno Ms.

¶ Hyems hyemis.

Bs Ps Phs

Que finiunt bs, ps, et phs, i, interponunt. vt Urbs vrbis. daps dapis. griphs griphis.

Polysyllaba tamē in quib⁹ e, precedit, mutāt e in i, vt Princeps principis. municeps. municipis. Uerum auceps dat aucupis. Et que a caput declinantur in ceps dant itis, duplici cremento, vt Biceps bicipitis.

NS RS

Finita in ns, rs, interposito i, formant genitiuū, vt Decens decentis, ars artis.

Exceptio

Lens, glans, frons, nefrens, libripens, ꝛ in cors, a cor venientia vt Concors in dis, formant.

Composita ab vncia in vncis, exeunt vt Quincuns quincūcis.

T

Caput dat capitis, occiput occipitis sinciput sincipitis.

X

Nomina in x, in cis formant ablata x, vt Pax, cis. fex, cis. pix, cis. velox, cis. nux, nucis.

Exceptio

Nomina tamen polysyllaba e cum precedit in i mutant. vt Iudex iudicis.

Retinent tamen e, Uervex. ecis. halex. ecis. mirmex. ecis.

¶ Lex. rex. grex. remex. ipetix. frux. coniux. illex ꝛ aquilex. ꝛ hec nomina greca, Syrinx. meninx. lynx. iapyx. lelex. sphinx. phryx. phalanx. styx. strix. pharinx. larinx. allobrox. mastix. oryx. pompholix. iazix.

Item quedam nomina regū galie, vt Orgētorix. exeūt in gis. Mastyx. onyx. thomix. diorix. dant genitiuum in chis.

Hipponax ꝛ astyanax formant in actis.

Item Supellex supellectilis, nix niuis, senex senis, nox noctis formant.

Hactenus de genitiuo,

¶ Datiuus omnibus deſinit in i, vt Poema.tis. poemati. neqꝫ figura vlla hanc terminationem mutat.

¶ Accuſatiuus in em ſinit, vt Orationem. Sed quorundam accuſatiui per im ſiunt, Vim. rauim. tuſſim. ſitim.

Item quorundā in em et im, Burem vel burim. Turrem vel turrim. Reſtem vel reſtim. Nauem vel nauim. Securem vel ſecurim. Peluem vel peluim. Puppem vel puppim. Febrem vel febrim.

Grecorum mira eſt varietas, Nam que in is finiunt, et iſoſyllabicum habēt gtīm, mittūt actūm per im, vt Eclipſis eclipſim, Et p in, vt Charybdis charybdin. qui actūs mere grecꝰ eſt. Per a, habent q̄ꝫplura, vt Delphina, peana, Verum grecas declinationes malem ex grecis peti.

Obiter hic monendus es, neutrorū ſimiles eſſe tres caſus, nominatiuū ſcilicet actūm et vocatiuum. vt hoc pectus.

¶ Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo, Greci o palla a pallante dicunt, thebai a thebais.

¶ Ablatiuus regulariter per e, fit. vt oratione.

### Exceptio prima.

Adiectiua quibꝰ eſt neutrum in e, ablatiuum declināt in i, vt fortis .e. forti. Ad hec neutra in e, al, et ar, terminata. vt Cubile cubili. Animal animali. Cochlear cochleari.

Regulam tamen ſequuntur Far. Preneſte. Iubar. Soracte. Gauſape. Nectar.

Preterea quibus eſt actūs in im, vel in, vt Vim vi repellere prohibet Chriſtus. Huc adde menſium nomina. vt September ſeptembri. Et plus pluri format.

### Exceptio ſecunda.

Potior pars adiectiuorum, atqꝫ adeo nomina quorum accuſatiui per em, et im, ſiunt habent e vel i, a Sapiēte vel ſapiēti, a Naue vel naui.

Adde etiam verbalia in trix. vt Victrice vel victrici.

Item hec, Ciuis. auis. nauis. clauis. vnguis. anguis. amnis. vectis. poſtis. neptis. ignis. ſtrigilis. claſſis. pugil. vigil. ſupellex. imber. ſodalis. familiaris. tridens. canalis.

### De numero plurali.

¶ Nominatiuus, actũs, ⁊ vtũs plurales volunt es, Niſi quod neutra, quib⁹ eſt ablt̃us in e, habẽt a, vt Enigmata, corpora. Que habent i, vel e, et i, formant ia, vt Cochlearia, Animalia. Preter comparatiua ⁊ hec nomina, Plus, aplustre, vet⁹ que alio expectant. Veteres tamen pluria dixerunt, vſus et aplustria fecit.

Obſeruabis et antiquam diphthõgum in actis nominum, quorum gti ſunt nominatiuo ſimiles. Item quorum nominatiui deſinunt in duas ꝯſonantes vt Acreis, omneis, salubreis, decẽbres, parteis, et ſimilia.

Greci accuſatiui terminatio as, eſt, vt Crateras magnos ſtatuunt ⁊ vina coronant.

### De genitiuo, Ordo primus.

¶ Genitiuus ſit in ium, ſi ablatiu⁹ deſinat in i, aut in i, et e, ſimul, vt Animalium, ignium, amnium.

Comparatiua vero volunt um, Doctiorum, tametſi dicamus Plurium aplus. Dicimus item Artificum, vigilum, pugilũ, Opificum, ſupplicum, memorum, veterum.

### Ordo ſecundus.

¶ Quorum nominatiuus duas habet conſonãtes, habẽt ium, vt Artium. partium. trabium. vrbium. glandium.

### Excipe.

Hiemum. municipum. principum. mãcipum. forcipum. inopum. celibum. conſortum.

### Ordo tertius.

¶ Si genitiu⁹ ſit a nõ in es, aut is, iſoſyllabicus in ſingulari, in plurali habebit ium, vt Collium, Sedium ⁊ ſedum.

### Excipe.

Vatum. canum. iuuenum. indolum. opum. procerum. panuz, frugum. apum ⁊ apud columellam apium.

Item adde, as aſſium. Mas marium. Vas vadium. Caro carniuz. Faux faucĩu. Nox noctium: Os oſſium. Mus muriũ, apud Plinium, Cor cordiuz. Nix niuium. Samnis samnitiũ. Lis litium. Dis ditium. Glis glirium. Quiris quiritium. Sic gentilia Arpinas arpinatium.

### Ordo quartus.

¶ Cetera nomina habent um, Ciuitatum, Aromatum.

Boum bobus anomalum eſt. Alituum pro alitum, epentheſi fecit poeta.
Datiuus ⁊ ablatiuus, ibus, finiũt, vt Cubilibus, hominibus. A grecis tamen nominib⁹ in a, finitis naſcuntur datiui ⁊ abl̃ti in atis, vt Enigmatis, Dogmatis.

# Paradigma quarte declinationis.

## Singulariter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nõ hic | Intellectus. | Nõ hoc | Cornu. |
| Gtõ | Intellectus. | Gtõ | Cornu. |
| Dtõ | Intellectui. | Dtõ | Cornu. |
| Actõ | Intellectum | Actõ | Cornu. |
| Vtõ | Intellectus. | Vtõ | Cornu. |
| Ablo | Intellectu. | Ablo | Cornu. |

## Pluraliter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nõ | Intellectus. | Nõ | Cornua. |
| Gtõ | Intellectuum. | Gtõ | Cornuum. |
| Dtõ | Intellectib⁹. | Dtõ | Cornibus. |
| Actõ | Intellectus. | Actõ | Cornua. |
| Vtõ | Intellectus. | Vtõ | Cornua. |
| Ablo | Intellectibus. | Ablo | Cornib⁹. |

| legamur, | legamini | legantur, | Como ſeia lido. |
| legeremus, | legeretis, | legerent, | Como lera lerya ⁊ leſſe. |
| legeremur, | legeremini, | legerētur, | Co, foꝛa ſia ⁊ foſſe lido. |
| legerimus, | legeritis, | legerint, | Como aia lido. |

lecti.e.a.ſimus vel fuerimꝰ, ſitis vel.eritis, ſint vl' fuerint, Co.aia ſido lido.

| | | | |
|---|---|---|---|
| legiſſemus, | legiſſetis, | legiſſent, | Co.ouu̇a ⁊ ouueſſe lido. |

lecti.e.a.eſſemꝰ vl' fuiſſemꝰ.eſ̄tis vel.etis, eſſent vl' fuiſſent, Co.ouu̇a.ou.ſi.l.

| | | | |
|---|---|---|---|
| legerimus, | legeritis, | legerint, | Como ler ouu̇ ⁊ aia lido. |

lecti.e.a.erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erint vl' fuerint, Como foꝛ ouuer, ⁊ aia ſido lido.

# Paradigma quarte coniugationis,

Audio, audis, audiui, audire. { Audiendi, audiendo, audiendum.
Auditum, auditu,
Audiens, auditurus,
Audioꝛ, audiris,
Auditus, audiendus,

I

# Indicatiuo modo,

| | Ego, | Tu, | Ille, |
|---|---|---|---|
| Tēpore preſenti | Audio, | audis, | audit, |
| | Audior, | audiris vł audire, | auditur. |
| Pret. imperf. | Audiebam, | audiebas, | audiebat, |
| | Audiebar, | audiebaris vł.are. | audiebatur. |
| Pret. ꝑfecto. | Audiui, | audiuiſti, | audiuit, |
| | Auditꝰ.a.uꝫ.ſuꝫ vel fui, | es vel fuiſti, | eſt vel fuit. |
| Pret. plꝰ. ꝑf. | Audiueram, | audiueras, | audiuerat. |
| | Auditꝰ.a.uꝫ.erā vel ſuerā, | eras vł fueras, | erat vel fuerat. |
| Futuro imꝑf. | Audiam, | audies, | audiet, |
| | Audiar, | audieris vel.ere. | audietur. |
| Fut. ꝑf. | Audiuero, | audiueris, | audiuerit, |
| | Auditꝰ.a.uꝫ.ero, | auditus eris, | auditus erit. |

# Imperatiuo modo,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tpē preſenti | Audi vel audias, | | audiat, |
| | Audire vel audiaris, | | audiatur. |
| Futuro | Audito vel audiueris, | | audito vel audiuerit, |
| | Auditor vel auditꝰ ſis, | | auditor vł auditus ſit. |

# Optatiuo modo,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tpē preſenti Utinam | Audirem, | audires, | audiret, |
| | Audirer, | audireris vł audirere, | audiretur. |
| P. imꝑf. | Audirem, | audires, | audiret, |
| | Audirer, | audireris vł audirere, | audiretur. |
| P. ꝑfecto. | Audiuerim, | audiueris, | audiuerit, |
| | auditꝰ.a.um.ſim vel fuerim, | ſis vel fueris, | ſit vł fuerit. |
| P. plu. ꝑf. | Audiuiſſem, | audiuiſſes, | audiuiſſet, |
| | auditꝰ.a.ū.eſſeꝫ vł fuiſſeꝫ, | ēēs vł fuiſſes, | eſſet vel fuiſſet. |
| Futuro | Audiam, | audias, | audiat, |
| | audiar, | audiaris vel audiare, | audiatur. |

# Indicatiuo modo,

Nos, Vos, Illi,

audimus, auditis, audiunt. Oucos
audimur, audimini, audiuntur, Som ouuidos

audiebamus, audiebatis, audiebant, Ouuis.
audiebamur, audiebamini, audiebantur, Era ouuido.

audiuimus, audiuiſtis, audiuerũt vel .ere. Ouui ey ⁊ ouue ouuidos
auditi.e.a.ſumꝰ vl̄ fuimꝰ. eſtis vel fuiſtꝫ. ſunt fuerũt vl̄ fuere. Fuy ey ⁊ ou
ue ſido ouuido.

audiueramus, audiueratis, audiuerant. Auia ouuido.
auditi.e,a.eramꝰ vl̄ fueramꝰ. eratꝫ vl̄ fueratꝫ. erãt vl̄ fuerãt. Auia ſido ouui.

audiemus, audietis, audient. Ouuirey.
audiemur, audiemini, audientur. Serey ouuido.

audiuerimus, audiueritis, audiuerint. Auerey ouuido.
auditi.e.a. erimꝰ, auditi eritis, auditi erunt. Auerey ſido ouuido

# Imperatiuo modo,

audiamus, audite vel audiatis, audiant, Ouue logo.
audiamur, audimini vel audiamini, audiantur. Se logo ouuidos

audiamꝰ vel audiſimꝰ, auditote vel audiſitis, audiũto vel audiuerit. ouue
audiamur vel auditi ſimꝰ, audiminor vel auditi ſitis, audiuntor vel auditi ſint
Se ouuido depoys.

# Optatiuo modo,

audiremus, audiretis, audirent. O ſe ouuiſſe.
audiremur, audiremini, audirentur. O ſe foſſe ouuidos

audiremus, audiretis. audirent. O ſe ouuira
audiremur, audiremini, audirentur. O ſe fora ouuidos

audiuerimus, audiueritis, audiuerint, O ſe aia ouuido.
auditi.e.a.ſimꝰ vl̄ fuerimus, ſitis vl̄ fueritꝫ, ſint vl̄ fuerit, o ſe aia ſido ouui.

audiuiſſemus, audiuiſſetis, audiuiſſent. O ſe ouuera ⁊ ouueſſe ouuido.
auditi.e.a.eſſemꝰ vl̄ fuiſſemꝰ, eſſetꝫ vl̄ fuiſſetis, eẽnt vl̄ fuiſſent, O ſe ouuera ⁊
ouueſſe ſido ouuido.

audiamus, audiatis, audiant. O ſe ouca.
audiamur, audiamini, audiantur. O ſe ſeia ouuidos

# Subiunctiuo modo,

| | Ego, | Tu, | Ille, |
|---|---|---|---|
| Tp̃e preſenti: Cum | Audiam, audiar | audias, audiaris vel audiare | audiat, audiatur. |
| Pret. imperſ. | Audirem, audirer, | audires, audireris vel audirere, | audiret, audiretur. |
| Pret. pfecto. | Audiuerim, auditꝰ.a.um.ſim vel fuerim, | audiueris, ſis vel fueris, | audiuerit, ſit vl̃ fuerit. |
| Pret. pl. pf. | Audiuiſſem, auditꝰ a.ũ.eſſem vl̃ fuiſſem, | audiuiſſes, eſſes vel fuiſſes, | audiuiſſet, eſſet vl̃ fuiſſet. |
| Futuro. | Audiuero, auditꝰ a.um. ero vl̃ fuero, | audiueris, eris vel fueris, | audiuerit, erit vl̃ fuerit. |

# Inſinitiuo modo,

| | | |
|---|---|---|
| Tp̃ore preſenti | Audire. audiri. | Ouuir. Ser ouuido. |
| Preterito. | Audiuiſſe. auditum.a.um. eſſe vel fuiſſe. | Auer ouuido. Ay ſido ouuido. |
| Futuro. | Auditurũ vl̃ auditurũ eſſe, vl̃ auditũ ire. audiẽdũ vel audiẽdũ eẽ, vel auditũ iri. | Auer de ouuir. Ay de ſer ouuido |
| Gerundia. | Audiendi. Audiendo. Audiendum. | De ouuir. Em ouuindo ⁊ ſendo ouuido. A ouuir ⁊ ſer ouuido. |
| Supina. | Auditum. Auditu. | A ouuir. De ſer ouuido. |
| Participia. | Preſentis, Audiens. futuri. Auditurus.a.um. Preteriti. Auditus.a.um. futuri. Audiendus.a.um. | O que ouue. O que ha de ouuir. O q̃ foy ouuido. O q̃ ha d' ouuido. |

# Subiunctiuo modo,

| Nos, | Vos, | Illi, | |
|---|---|---|---|
| audiamus, | audiatis, | audiant, | Como ouça, |
| audiamur, | audiamini, | audiantur. | Como ſeia ouuidos |
| audiremus, | audiretis, | audirent, | Co. ouuira ouuiria ⁊ ouuiſſe. |
| audiremur, | audiremini, | audirētur, | Co. fora ſia ⁊ foſſe ouuido. |
| audiuerimus, | audiueritis, | audiuerint. | Como aia ouuido. |
| auditi e.a. ſimus vl' fuerim⁹. ſitis vl' fueritis ſint vel fuerint. Co. aia ſido ouu. | | | |
| audiuiſſemus, | audiuiſſetis, | audiuiſſent. | C. ouuera ⁊ ouueſſe ouui. |
| auditi.e.a. eſſem⁹ vl' fuiſſem⁹. eētis vl' ſetis. eſſent vl' fuiſſēt. C. ou. ⁊ ou. ſi. o. | | | |
| audiuerimus, | audiueritis, | audiuerit. | Co. ouuir ouuer ⁊ aia ouui. |
| auditi.e.a. erimus vl' fuerimus. eritis vl' fueritis. erint vel fuerint Como for | | | |
| | | | Couuer ⁊ aia ſido ouuidos |

¶ Nota quod verbum imperſonale ſimile eſt tertijs perſonis ſingularibus verbi paſſiui. attamē in circunloquijs ſemꝑ neutram participij terminationē accipimus, vt Amatur. amabatur. amatuꝫ eſt vel fuit. amatū erat vl' fuerat. amabitur. amatum erit.

## ¶ De formatione verboꝝ regularium.

### De formatione indicatiui.

¶ Preſens ⁊ preteritum perfectum non formantur, quin potius reliqua tempora formantur ab eis mediate vel immediate.

Preteritum imperfectum in verbis prime ⁊ ſecunde ꝯiugationis fit a ſecūda perſona preſentis .s. ablata addita bam. In verbis tertie ⁊ quarte, a prima perſona o. in e. aſſumpta bam. Excipitur Eo ibam. Queo quibam.

Pluſquam perfectum formatur a prima perſona preteriti perfecti i. mutata in e. aſſumpta ram.

Futurum imperfectum in verbis prime ⁊ ſecunde. fit a ſecunda perſona preſentis s. remota appoſita bo. In verbis tertie ⁊ quarte a prima verbi poſitione o. mutata in am. Eo tamen facit ibo. Queo quibo. Et eam ⁊ queam quoqꝫ reperiūtur apud antiquos.

Futurum perfectum formatur a prima perſona preteriti perfecti i. mutata in e. addita ro.

# De verbo,

¶ Secunda imperatiui, formatur a ſecunda perſona preſentis indicatiui, s, ablata. In tertia autem coniugatione fit is, mutata in e,
Excipiuntur, Dic, Duc, fac, fer, & compoſita. Si vero facio cū prepoſitione componatur regulariter format.
In plurali formatur a tertia pſona preſentis indicatiui addita e. In reliquis aſſimilatur perſonis preſentis ſubiunctiui modi.
Secunda futuri, fit a tertia perſona preſentis indicatiui addita o, in plurali ab iſto futuro addita te, Vltima formatur a tertia perſona preſentis indicatiui numeri pluralis aſſumpta o.

¶ De formatione optatiui.

¶ Preſens formatur a ſecūda pſona ſingularis preſentis īpatiui, addita rem.
Preteritum imperfectum eodem modo formatur quō preſens.
Preteritū pfectū formatur a pterito pfecto indicatiui i, muta in e addita rim.
Pluſquam perfecum fit ab eodem tempore addita s, & ſem.
Futurum in verbis prime coniugationis formatur a prima verbi poſitione o, verſa in em, in reliquis o, in am.

¶ De formatione ſubiunctiui.

¶ Preſens formatur quēadmodū futurū optatiui, Reliqua tēpora aſſimilātur tēporibus optatiui, preter futurū qđ formatur ſicut futurū pfectū indicatiui.

¶ De formatione infinitiui.

¶ Preſens formatur a ſecunda imparatiui addita re, preteritum fit a preterito perfecto indicatiui addita s, & ſe. Futurum non formatur.

¶ De formatione vocis paſſiue.

¶ Vox paſſiua, fit ſup o, addita r, & ſup t aſſumpta ur, & m, vel s, verſa in r, Imperatiui ſecunda fit a ſua actiua addita re, in plurali te, in mini, in futuro tote, in minor.
Preſens infinitiui in verbis tertie ꝯiugationis, fit a ſecūda pſentis indicatiui vocis actiue s. remota, in reliquis formatur a ſua actiua re, mutata in ri.
Gerūdia formantur ab gtō participij, pſtis, tis, mutata in di, do, dum,
Participium preſentis formatur a prima preteriti imperfecti indicatiui bam, mutata, in ns. Participium futuri in rus, fit ab vltimo ſupino addita rus.
Participium preteriti ab eodem ſupino addita s.
Participium futuri in dus, fit a gtō ſingulari participij preſentis, tis, mutata in dus, da, dum.

¶ De vbis irregularibus & defectiuis.

¶ Coniugatio huius verbi, Sum es fui.

Verbũ ſubſtantiuũ

# De verbo,

# ¶ Sum, es, fui, eſſe, ens, futurus,

## Indicatiuo modo.

T.preſenti. Sum, es, eſt, Sumus, eſtis, ſunt. Som.
P.impf. Eram, eras, erat, eramus, eratis, erant. Era. ¶ ſido.
P.pfect. Fui, fuiſti, fuit. fuimꝰ, fuiſtis, fuerũt vel fuere. Fuy ey & ouue
P.pl.pf. Fuerã, fueras, fuerat, fueramꝰ, fueratis, fuerãt. Auia ſido.
Fut.impf. Ero, eris, erit, erimus, eritis, erunt. Serey.
Fut.pf. Fuero, fueris, fuerit, fuerimꝰ, fueritis, fuerint, Auerey ſido.

## Imperatiuo modo,

The preſ. Es vel ſis, ſit, Simus, eſte vel ſitis, ſint. Se logo.
Futuro. Eſto vel fueris, eſto vel fuerit, Simus vel fuerimus, eſtote vel fueritis, ſunto vel fuerint, Se depoys,

## Optatiuo modo,

T.pſ. Vtinam, Eſſem, eſſes, eſſet eſſemus, eſſetis, eſſent. O ſe foſſe.
P.impf. Eſſem, eſſes, eſſet, eſſemus, eſſetis. eſſent, O ſe fora.
P.pf. Fuerim, fueris, fuerit, fuerimꝰ, fueritis, fuerit. O ſe aia ſido.
P.pl.pf. Fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet, fuiſſemꝰ, fuiſſetis, fuiſſent. O ſe ouuera
Futuro. Sim, ſis, ſit, ſimꝰ, ſitis, ſint, O ſe ſeia. ¶ ouueſſe ſido.

## Subiunctiuo modo,

The preſ. Cum Sim, ſis, ſit, ſimus, ſitis, ſint. Como ſeia.
P.impf. Eſſem, eſſes, eſſet. eſſemꝰ, eſſetis, eſſent. Como fora ſeria & foſſe.
P.pf. Fuerim, fueris, fuerit, fuerimꝰ, fueritis, fuerint. Como aia ſido
P.pl.pf. Fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet, fuiſſemꝰ, fuiſſetis, fuiſſent. Como ouuera
Futuro. Fuero, fueris, fuerit, fuerimꝰ, fueritis. fuerint. ¶ ouueſſe ſido.

## Infinitiuo modo, ¶ como for ouuer & aia ſido.

Tempore preſenti. Eſſe, Ser.
Preterito. Fuiſſe, Auer ſido.
Futuro. Fore vel futurum eſſe. Auer de ſer.

¶ Hoc verbum Sum es fui, ideo paradigmatis verborum regularium nonnulli preponendum exiſtimarũt, quia neceſſarium eſt, ad circunloquia verborũ paſſiuorum declinanda, Verũ nos ceteris irregularibus annumerare maluimꝰ quia in arte ordinem grammatice, potiꝰ quam rationẽ doctrine tradere propoſuimꝰ.

Site, in ſecunda perſona preſentis imparatiui modi, pro Eſte, dixerunt antiquiores. Plautus, Site mihi volentes propitie.

Gerundia Eſſendi, eſſendo, eſſendum, ſubſtulimus, quia apud latinos non reperiuntur.

Ens vero participium preſentis etſi non dicatur latine, poſuimus tamen quia ab eo compoſita Preſens ⁊ abſens ⁊ potēs magis nomen q̄ȝ participium adhuc extant, Et philoſophi neceſſitate coacti eo vtuntur.

Participium quoqȝ futuri ab alio verbo ſumptũ eſt Fuo fuis, quod non extat. A quo etiam preteritum perfectum indicatiui modi: et tempora que ab eo formantur mutuati ſumus.

Fore etiam pro eo quod futurum eſt in futuro infinitiui ſumptum eſt, a forem, fores foret.

¶ Compoſita vero ab hoc verbo rationem ſimplicis ſequuntur: niſi quod Poſſum, a pos ⁊ ſum, aliquando recipit t mediam. Vt Potes, poteſt, poteſtis, poteram: potero. In imperatiuo poteſte, poteſtote. Et in preterito ⁊ temporibus ab eo formatis s mutatur in t. vt potui potueram. ⁊c. Et in participio potens. Inuenitur preterea poſſetur pro poſſet. poteratur pro poterat. Dixit et Verg. Liquidoue poteſtur electro.

¶ Cum prepoſitionib⁹ frequenter ꝯponitur, his ſcilicet, Ad, ab, de, in, inter ob, pre, pro, ſub, ſuper, vt Adſum, abſum, deſum, inſum, interſum. obſum preſum. proſum. ſubſum. ſuperſum. Nam poſſum vnde ꝯponatur iã dictũ eſt Sed quemadmodum poſſum accipit t, pro s, ita proſum euphonie deſeruiens accipit d, quando ſequitur vocalis. vt proderam, prodero, prodeſſe. ⁊c.

FEro, fers, tuli, ferre. ferendi, ferendo, ferendum. Latum, latu, ferēs, laturus. Feror, ferris vel ferre. Latus, ferendus.

Indicatiuo modo,

Tēpe preſenti. { fero, fers, fert, ferimus, fertis, ferunt.
{ feror, ferris vel ferre, fertur, ferimur, ferimini, feruntur.

Imperatiuo modo.

T. preſ. { fer, vel feras, ferat. feramus, ferte vel feratis, ferant.
{ ferre vel feraris, feratur, feramur, ferimini vel feramini, ferãtur.

Futuro ferto vel tuleris, ferto vel tulerit, feramus vel tulerimus, fertote vl tuleritis, ferunto vel tulerint.

Fertor vel latus ſis, fertor vel latus ſit. feramur vel lati ſimus, ferimino: vel lati ſitis, feruntor vel lati ſint,

Optatiuo modo.

Tempore preſenti. Utinam ferrem, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrent.
Ferrer, ferreris, vł ferrere, ferretur, ferremur, ferremini, ferrentur.

Subiũctiuo modo.

Preterito imperfecto. Cum ferrem, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrent.
Ferrer, ferreris, vł ferrere, ferretur, ferremur, ferremini, ferrentur.

Infinitiuo modo.

Tempore preſenti. Ferre, ferri.
Alia tempora declinãtur per proportioẽz. tertie cõiugationis.

¶ Uolo, vis, volui, velle, volendi, volendo, volendũ, volitum, volitu, volens, voliturus.

Indicatiuo modo.

Tpe preſenti. volo, vis, vult, volumus, vultis, volunt
Imperatiuo modo caret. Sed ab eo compoſitum Nolo habet in preſenti Noli nolite. In futuro Nolito nolitote.

Optatiuo modo.

Tpe preſenti. Utinam vellem, velles, vellet, vellemus, velletis, vellent. Futuro. vtinam Uelim, velis, velit, velimus, velitis, velint.

Subiunctiuo modo.

Tpe pſenti. Cum velim, velis, velit, velimꝰ, velitis, velit.
P. impſ. Uellem, velles, vellet, vellemus, velletis, vellent.

Infinitiuo modo Tpe preſenti. Uelle.

Alia tpora formãtur per proportionem tertie coniugationis.

Fio fis factus ſum vel fui. fieri, factum, factu, factꝰ, faciẽdꝰ.

Indicatiuo modo.

Tpe preſenti Fio fis fit. fimus fitis fiunt.
Pre. impſ. Fiebam fiebas fiebat, fiebamꝰ fiebatis fiebant.
Pre. pſ. Factus. a. um. ſuz vel fui, es vel fuiſti. eſt vel fuit. facti. e. a. ſumus vel fuimus, eſtis vel fuiſtis. ſũt fuerũt vł ere.
P. pl. p. factꝰ. a. ũ. erã vł fuerã, eras vł fueras erat ł. fuerat. facti. e. a. eramus vel fueramꝰ, erat vł fueratis. erãt vł fuerãt.
Futuro impſ. Fiam fies fiet, fiemus fietis fient.
Fu. pſ. Factus a. um. ero factus eris factus erit, facti e. a. erimus facti eritis facti erũt.

Imperatiuo modo.

Tp̄e preſ. Fi fias, fiamus fiatis fiant.
Futuro fito tu fito ille, fiamus fitote fiant.

Optatiuo modo.

T. pre. P. imp̄f. fierem fieres fieret, fieremꝰ fieretis fierēt.
P. pf. P. pl. pf. factus. a. uʒ. eſſem vel fuiſſeʒ, eſſes vel fuiſſes, eſſet vel fuiſſet. facti. e. a. eſſemus vel fuiſſemus, eſſetis vel fuiſſetis eſſent vel fuiſſent.
Futuro fiam fias fiat, fiamus fiatis fiant.

Subiūctiuo modo.

T. p̄ſenti Cuʒ, fiam fias fiat, fiamus fiatis fiant.
P. imp̄f. fierem fieres fieret, fieremus fieretis fierent.
P. pf. factus a. um. ſim vel fuerim ſis vel fueris ſit vel fuerit. facti. e. a. ſimus vel fuerimus ſitis vel fueritis ſint vel fuerint.
P. pl. p. factꝰ a. uʒ. eſſeʒ l. fuiſſeʒ eēs vl̄ fuiſſes eſſet l. fuiſſet. facti. e. a. eſſemꝰ vel fuiſſemꝰ eſſetꝫ vl̄ fuiſſetis eſſent l. fuiſſet.
Fut. factus a. um. ero vel fuero eris vel fueris erit vel fuerit. facti. e. a. erimꝰ vel fuerimꝰ eritis vel fueritꝫ erint vel fuerint.

Infinitiuo modo

T. pre. fieri, Prete. factum. am, um, eſſe vel fuiſſe.
Futu. factum iri.
Caret gerundijs, Nam fiendi fiendo fiendum docti nō dicūt.
Sed faciendi faciendo faciendum, a facio.
Supina habet factuʒ factu, a facio, vnde, factus a. um. participium, Item faciēdꝰ a. uʒ. Nam fiēdus nō dicit latine.

De verbis defectiuis

¶ Es eſt, pro eo quod edis edit, in ſecunda ꝛ tertia perſona ſingularis indicatiui modi.
Eſſem eſſes eſſet, eſſemus eſſetis, eſſent. in preſenti optatiui ꝛ preterito imperfecto optatiui ꝛ ſubiunctiui.
Eſſe in p̄ſenti infinitiui. Eſtur, in p̄ſenti indicatiui modi vocis paſſiue. Que deficiunt ſupplentur ab hoc verbo, edo, edis.
¶ Forem fores foret, pro eſſem eſſes eſſet, in preſenti ꝛ p̄terito imp̄fecto optatiui modi, ꝛ in p̄terito ip̄fecto ſubiūctiui reperit.
Et fore pro futurū eſſe, in futuro īfinitiui. In alijs locis d̄ficit.
¶ Aio ais ait, aiunt, in preſenti indicatiui modi.
Aiebam aiebas aiebat, aiebamus aiebatis aiebant.
in preterito imp̄fecto eiuſdem modi. ¶ Aiam aias aiat.

in futuro eiuſdem. Ai, in ſecūda perſona ſingulari. preſentis imperatiui modi. Aiens, in participio preſentis.

¶ Inquio vel inquā, inquis inquit inquiūt, in p̄ſenti indicatiui. Inquiſti, in ſecunda perſona preteriti pfecti eiuſdē indicatiui. Inquiat, in tertia ſingulari futuri eiuſdem indicatiui. Inque, in ſecūda pſona ſingulari p̄ntis imꝑatiui. in alijs deficit

¶ Queſo queſum⁹, in primis perſonis vtriuſqȝ numeri preſentis indicatiui modi reperitur in vſu.

¶ Infit pro inquit, ⁊ ouat pro gaudet, in tertijs perſonis preſentis indicatiui, ⁊ ouans in participio reperitur.

¶ Faxo faxis faxit, faximus faxitis faxint. In futuro tantum indicatiui modi.

¶ Auſim, in prima perſona ſingularis futuri indicatiui tātum.

¶ Cedo pro dic, ⁊ cedite pro dicite, in ſecundis perſonis tātum vtriuſqȝ numeri imperatiui modi.

¶ Salue ſaluete ſaluere. Aue auete auere. In ſecundis perſonis imꝑatiui modi, ⁊ in preſenti infinitiui.

¶ Odi odiſti, Noui nouiſti, Cepi cepiſti, Memini meminiſti, in voce tm̄ habēt preteritū pfectū indicatiui ⁊ tꝑora que formātur ab eo, ſignificatiōem vero etiam ōnium alioꝝ tēpoꝝ.

# De preteritis ⁊ ſupinis,

## De preterito prime coniugationis.

¶ Omnia verba prime ꝯiugatiōis p̄teritū habēt in aui, ſupinū in atum, vt Oraui oratum. Aeſtuo aeſtuaui, caret ſupino.

Excipe

| | |
|---|---|
| Cubo cubui cubitum, | Sono ſonui ſonitum, |
| Crepo crepui crepitum, | Tono tonui tonitum, |
| Domo domui domitū, | Ueto vetui vetitum, |
| Frico fricui frictum, | Do dedi datum, |
| Nexo nexui nexum, | Sto ſteti ſtatum, |
| Seco ſecui ſectum, | Iuuo iuui iutum, |

Poto potum pro potatum,

Neco necui vel .aui, nectū vel necatum.

Mico micui ſine ſupino, ſed dimicaui. atū, dicim⁹ in ꝯpoſito.

Lauo. laui vel lauaui lotum lautum ⁊ lauatum.

Plico plicui vel plicaui, plicitum vel plicatum.

# De verbo,

Compoſita a do fiunt tertie coniugationis, p̄ter circundõ, venundo, peſſundo.

Item ꝯpoſita a cubo tertie coniugatiõis ſunt, addito m, quod ſi tollas manent prime, vt Accumbere accubare, Recumbere recubare.

Migrant ⁊ in tertiam coniugationem compoſita a Lauo. vt Abluo abluis abluere.

Compoſita ex plico ⁊ nomine habent aui atum. vt Multiplico multiplicaui multiplicatum. Duplico duplicaui duplicatū. Compoſita ex prepoſitiõe habēt ui itum. vt Explico explicui explicitū. Supplico tñ dat ſupplicaui. ⁊ applicaui dixit Cice. ¶ Obſeruabis ⁊ hanc regulam in hac ⁊ alijs coniugatiõibus. Verba compoſita a ſimplicibus primas ſyllabas preteriti geminantibus, amittunt priorem in ꝯpoſitione, vt Spondeo. es. ſpopondi. Deſpondeo. es. deſpondi. ⁊c. Compoſita tamen a Do ⁊ ſto, retinent omnes ſyllabas. vt Circundo circundedi. Addo addidi. Preſto preſtiti. Aſto aſtiti. Exeunt enim a ſto compoſita per ſtiti ac ſtitum. Obſeruabis ⁊ exceptiones quas alibi tibi aſſignabimus.

## De preterito ſecunde coniugationis.

¶ Verba ſecunde coniugationis preteritum habent per ui, ſupinum in itum, vt Habeo. es. habui habitum.

Excipe

| | |
|---|---|
| Doceo doctum. | Torreo toſtum. |
| Teneo tentum. | Cenſeo cenſum. |
| Pateo paſſum. | Recenſeo recenſitum. |
| Careo caſſum ⁊ caritum. | Miſceo mixtum. |

Habent hec preterita regularia.

Polleo ⁊ nideo carent preteritis ⁊ ſupinis.

Et omnia verba neutra huius ordinis, mittentia preteritum g ui, cum his actiuis Timeo ⁊ Arceo carent ſupinis.

Excipe

| | |
|---|---|
| Placeo placui placitum. | Noceo nocui nocitum. |
| Valeo valui valitum. | Doleo dolui dolitum. |
| Soleo ſolui ſolitum. | Pateo patui paſſum. |

Excipiuntur et octo habentia ui, ſum.

Pendeo pependi penſum.
Mordeo momordi morſum.
Sondeo ſpopendi ſponſum.
Tondeo totondi tonſum.
Prandeo prandi pranſum.
Sedeo ſedi ſeſſum.
Video vidi viſum.
Strideo ſtridi, caret ſupino.
Detondeo detondi detonſum. Sic cetera compoſita ⁊ ab alijs geminantibus, amittunt primam ſyllabam preteriti.

Hec xi ctum faciunt.

Augeo auxi auctum.
Rugeo ruxi ructum.
Sugeo ſuxi ſuctum.
Mulceo mulxi mulctum.
Mulgeo mulxi mulctum.
Lugeo luxi luctum.
Frigeo frixi.
Luceo luxi,
Conniueo connixi.
Carent ſupino.

Sequentia habent ſi ſum.

Tergeo terſi terſum, vetus eſt.
Mulceo mulſi mulſum.
Torqueo torſi torſum vel tortũ.
Suadeo ſuaſi ſuaſum.
Rideo riſi riſum.
turgeo turſi.
algeo alſi.
ardeo arſi.
vrgeo urſi.
Carent ſupino.
Fulgeo fulſi.
Indulgeo indulſi indulſum vel indultum.
Sorbeo ſorbui vel ſorpſi, ſorbitum vel ſorptum.
Jubeo iuſſi iuſſum.
Hereo heſi heſum.
Mulgeo mulſi mulſum.
Maneo manſi manſum.
Compoſita a maneo mutantia a, in i, in preterito habent ui, ſine ſupino, vt Jmmineo imminui. Emineo eminui.

Excipe ⁊ in ueo, terminata.

Nam his eſt preteritũ in vi, ſupinũ in tuꝫ, vt Moueo moui motuꝫ. Faueo tamen dat fautum, ⁊ Caueo cautum.
Nam neutra in ueo, finita carent ſupinis, vt Paueo paui.

Excipe.

Fleo fleui fletum.
Neo neui netum.
Cieo vel cio ciui citum.
Vieo vieui vietum.
Et a Leo deducta, vt Deleo deleui deletum.
Et a Pleo, vt Jmpleo impleui impletum.
Oleo olui, ſupinum olitum, caret authore, Compoſita variãt,
Jn eui, ſepius exeunt, vt
Adoleo adolevi apud Vergilium adultum.

Obſoleui apud Ciceronem obſoletuꝫ, vulgaria ⁊ obſoleta.
Aboleui abolitum ⁊ aboletum. Oboluí obolitum.
Redolui, Subolui.

## De preterito tertie coniugationis.

In tertia ꝯiugatione non eſt vnus aliquis character ꝑteritoꝝ, vt in ſupioꝛibꝰ oꝛdinibꝰ, Sed ſingule terminatiões ſuos quoſdam characteres, ſuaſ formulas eaſqꝫ varias habent proinde omnes terminationes proponemus.

Bo.

Que Bo finiũt, formãt bi, ⁊ bitum, vt Bibo bibi, bibitum.

Scribo, } pſi ptum. Scabo, } carẽt ſupi. ⁊ habẽt pre. re.
Nubo. } Lãbo. }

Compoſita a Cubo tametſi in hunc oꝛdinẽ migrẽt addito m, Seruant tamen formam ſimplicis in preterito ⁊ ſupino, vt Accumbo. is, accubui accubitum.

Sco.

Que in Sco finiunt, formant vi, tum, s, tamen remoto, vt Noſco .is, noui notum.

Excipe.

Paſco paſtum, } Preteritū regulare habent.
Cognoſco cognituꝫ,
Agnoſco agnitum.

Poſco popoſci poſcitum. Diſco didici. ſine ſupino.
Compoſita a Poſco ⁊ Diſco non amittũt ſyllabã in preterito, tametſi geminet ſimplex, vt
Depoſco depopoſci, Ediſco edidici.
Compeſco compeſcui, } carent ſupino.
Diſpeſco diſpeſcui,
Conquiniſco conqueri,
Viſco, caret preterito ⁊ ſupino.
Et Inchoatiua niſi, a thematis mutuẽtur, carent vtroqꝫ, vt Seneſco ſenui. Nam fugiendum eſt thema ſeneo.

Hec in Ci, preteritũ faciunt, Sed varie, variant ⁊ ſupina.
Vinco vici victuꝫ, Pollinco pollinxi pollinctum,

Dico dixi dictum, Jco ici ictum,
Duco duxi ductum, Parco peperci parcitũ ꝛ parſi parſuz.

Do

¶ Finita in do, in di, ſum, exeunt. vt. Prehendo prehendi prehenſum. Scando ſcandi, ſine ſupino. Deſcendo deſcendi deſcenſum. Sic cetera compoſita a ſcando.
Sido, ſidi preteritũ mutuatur a ſedeo, vel caret teſte Priſci.
Strido ꝛ Rudo carent ſupino ꝛ habent preteritũ regulare.

Excipe.

Findo fidi fiſſum. Scindo ſcidi ſciſſum.
Fundo fudi fuſum. Fido fiſus ſum format
Pedo pepedi, ſine ſupino. Pando paſſum, prete. regul.
Edo edi eſum, Sic et compoſita, Comedo tamen dat comeſum vel comeſtum.
Tundo tutudi tunſum ꝛ tuſum.
Contundo contudi cõtuſum. Sic cetera compoſita.
Pendo pependi penſum.
Suſpendo ſuſpendi ſuſpenſum.
Cado cecidi caſum. Compoſita non formant ſupina aut verbalia, extat tamen occaſus ꝛ recaſum vnde ꝛ recaſurꝰ.
Cedo, cecidi ceſum compoſitum.
Occido occidi occiſum.
Tendo tetendi tenſum vel tentum.
Oſtendo oſtendi oſtentum vſitatius ꝙ oſtenſum.
In his que geminant in preterito compoſita amittunt ſyllabam.

Item hec in do, preterito finiunt
ſi, ſupino ſum.

Claudo clauſi clauſum. Rado raſi raſum,
Plaudo plaſi plauſum. Ludo luſi luſum.
Rodo roſi roſum. Trudo truſi truſum.
Plodo ploſi ploſum. Ledo leſi leſum.
Vado vaſi vaſum. Diuido diuiſi diuiſum.

Cedo ceſſi ceſſum.

Compoſita a do, habent didi, ditum. vt
Addo addidi additum. Condo condidi conditum.
Abſcondo tamen dat abſcondi abſconditum, fecerunt et abſconſum, Ego id non memini legere.

Go.

In Go, finita habent xi, in preterito, ctum, in ſupino. vt

Affligo afflixi afflictum. Rego rexi rectum.
Tingo tinxi tinctum. Surgo ſurrexi ſurrectum.
Lingo linxi, caret ſupino. Ango anxi, caret ſupino.

Excipe.

Figo fixum vel fictum, preteritum regulare.
Frigo frixum, preteritum regulare.

Item n, abijcientia in ſupino.

Fingo fictum. Stringo ſtrictum.
Pingo pictum. Ringo rictum.
Eſt ⁊ in his preteritum regulare.

In his Gi, preteriti charater eſt.

Ago egi actum.
Cogo coegi coactum.
Dego degi.
Satago ſategi. carent ſupino.
Ambigo ambegi.
Pungo pupugi punxi punctum.
Expungo expunxi tantũ expunctuꝫ. Sic ⁊ cetera cõpoſita.
Repungo tamen dat repupugi.
Frango fregi fractum. Effringo effregi effractum.
Pango pepigi panxi pactum Impingo impegi impactum.
Nam teſte Priſciano a pango fuit olim preteritum pegi.
Tango tetigi tactum Attingo attigi attactum, Amittunt in compoſitione ſyllabam cõpoſita a tango.
Lego legi lectum. Perlego perlegi perlectum.
Colligo collegi collectum. Verum diligo, intelligo, negligo in xi faciunt.

Nota ⁊ hec in ſi, ſum, habentia.

Spargo ſparſi ſparſum. Mergo merſi merſum.
Tergo terſi terſum. Vergo verſi verſum.
Deuergo deuerſi deuerſum.

Ho.

Traho traxi tractum. Veho vexi vectum.

Io

Meio minxi mictum.

Cio

Ci preteriti character eſt, ctum ſupini.

Facio feci factum. Iacio ieci iactum.

Sic et compoſita,

Reficio refeci refectum Adiicio adieci adiectum.
Facio compoſitum cum nominib' aut aduerbijs non mutat a,
Calefacio, benefacio, Quedam habent paſſiuam in or, vt
Perficio perficior.

Compoſita a lacio

Allicio allexi allectum. Pellicio pellexi pellectum.
Illicio illexi illectum. Elicio mittit elicui elicitum.

A ſpecio

Deſpicio deſpexi deſpectum, Sic alia compoſita.

Dio — Gio

Fodio fodi foſſum. Fugio fugi fugitum.

Pio

Rapio rapui raptum. Cupio cupiui cupitum.
Capio cepi captũ. Sapio ſapui ſapitũ. & ſapiui ſapitũ,

Rio — Tio

Pario peperi partũ vel paritũ, Quatio quaſſi quaſſum.

Lo

Alo alui alitum vel altum. Molo molui molitum.
Colo colui cultum. Excello excellui excelſum.
Conſulo conſului conſultũ. Precello precellui precelſum.
Occulo occului occultum. Vello velli vel vulſi vulſum.
Fallo fefelli falſum. Percello perculi perculſum.
Sallo ſalli ſalſum & ſalitũ. Tollo mutuatur ſubſtuli ſublatum, dedit olim tetuli.
Pello pepuli pulſum. Pſallo pſali, caret ſupino
Depello depuli depulſum. Volo volui caret ſupino.
Sic amittũt ſyllabã ꝑpoſita. (dicunt iuniores volitum.

Mo

Que in mo, deſinunt, preteritũ faciunt per ui, duas ſyllabas, ſupinum in itum, vt Gemo gemui gemitum.

Excipe

Demo dempſi demptum. Premo preſſi preſſum.
Promo prompſi promptũ. Apprimo appreſſi appreſſum.
Sumo ſumpſi ſumptum. Emo emi emptum.
Como compſi cõptum. Redimo redemi redemptum.

Pono poſui poſitum, Lino lini vel leui, vel liui litum.

Gigno genui genitum, Sino ſiui ſitum.

Sterno ſtraui ſtratum, Sperno ſpreui ſpretū.

Temno tempſi temptum, Cerno creui, caret ſupino.

Cano cecini cantum.

Compoſita a Cano habent ui, ⁊ entum, vt

Concino cōcinui ꝯcentum, Precino p̄cinui p̄centum.

Po.

Terminata in Po, faciunt pſi, ptum, vt

Carpo carpſi carptum, Scalpo ſcalpſi ſcalptum.

Decerpo decerpſi decerptū, Sculpo ſculpſi ſculptum.

Excipe.

Rumpo rupi ruptum, Strepo ſtrepui ſtrepitum.

Crepo .is. crepui crepitū, frequentius p̄me ꝯiugationis.

Quo.

Coquo coxi coctum, Linquo liqui lictum.

In compoſitis tantum vtimur ſupino.

Ro

Tero triui tritum, Quero queſiui queſitum.

Fero tuli latum, Gero geſſi geſtum.

Uro vſſi vſtum, Curro cucurri curſum.

Uerro verri vel verſi verſum, Precurro precucurri. Nā cetera ꝯpoſita amittūt ſyllabā.

Sero ſeui ſatum, vel ſerui ſertum.

Compoſita a Sero ſimplicis ſignificatum referentia habent ſeui, ſitum, vt Inſeuit nobis deus ſuum ſpiritum. Alioquī habent rui, ertum, vt Altius egit iter deſeruitq; patrem.

Furo caret preterito ⁊ ſupino.

So.

Finita in So. formant ſiui, ſitum, vt

Acceſſo .ſiui. ſitum, Laceſſo .ſiui. ſitum.

Excipe.

Capeſſo capeſſi capeſſum, Inceſſo inceſſi inceſſum.

Faceſſo faceſſi faceſſum, Viſo viſi viſum.

Pinſo pinſui piſtum.

To.

Flecto flexi flexum, Necto nexi vel nexui. nexum.

Plecto plexi plexum, Pecto pexi vel pexui vel pectiui pexum.

Peto petiui petitum, Mitto miſi miſſum.
Verto verti verſum, Meto meſſui meſſum.

Sterto ſtertui abſq; ſupino.

Siſto ſtiti ſtatum accomodat, & ſtatui ſtatutum; Compoſita imitantur preteritum verbi Sto, vt Reſiſto reſtiti.

Vo diſſyllabum.

Vi due ſyllabe character eſt preteriti, vtum ſupini, vt Arguo argui argutum.

Carent ſupinis.

Metuo metui, Luo lui.
Reſpuo reſpui, Congruo & ingruo, ui.

Excipe.

Fluo fluxi fluxum vel fluctum, Struo ſtruxi ſtructum.
Ruo rui rutum vel ruitum, compoſita tantũ vtum, dant, vt Diruo dirui dirutum.
Pluo plui plutum, Veteres pluui fecerunt.

Vo monoſyllabum.

Soluo ſolui ſolutum, Voluo volui volutum.
Viuo vixi victum, Caluo calui, caret ſupino.

Xo.

Texo texui textum, Nexo nexui nexum.

De preterito quarte coniugationis.

¶ In quarta coniugatione preteriti character, iui, eſt, ſupini itũ. Cio ciui citum, Suffio ſuffiui ſuffitum.
Obedio obediui, caret ſupino.
Singultio ſingultũ, Sepelio ſepultũ. Habẽt p̄terita regl'.

Excipe.

Farcio farſi fartum, Raucio rauſi rauſum.
Refercio referſi refertum, Sancio ſanxi ſanctum, &
Sarcio ſarſi ſartum, ſanciui ſancitum.
Fulcio fulſi fultum, Vincio vixi vel vinciui vinctũ.
Sentio ſenſi ſenſum, Cambio campſi camptum.
Veneo venij vel veniui venũ, Venio veni ventum.
Haurio hauſi hauſtum, vel hauriui hauritum
Sepio ſepſi vel ſepiui ſeptum.
Amicio amicui vel amiciui amictum.
Salio ſalui vel ſaliui ſaltũ, Reſilio reſiliui reſultũ ſic cõpoſi.

Quatuor compoſita a pario.

Operio operui opertum. Comperio comperi compertum.
Aperio aperui apertum. Reperio reperi repertum.

Aio caret preterito & ſupino.

Ferio item caret, vtroqз, aut mutuatur percuſſi.

¶ De preteritis & ſupinis verborum paſſiuorum communium & deponentium.

¶ Paſſiua mutuantur a participijs preterita, vt Legor lectus ſum. Horum formulas iam propoſuimus.

Communia & deponentia imitantur formulam paſſiuorum. Ex ſupinis finguntur participia & preterita, Supina vero in ſingulis terminationibus, qualia fiant in regulis ſuperioribus apparet, Verū nonnulla etiam preterita diſcedunt ab analogia.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Reor | reris | ratus | ſum, | |
| Miſereor | miſereris | miſertus | ſum, | |
| Fateor | fateris | faſſus | ſum, | |
| Gradior | graderis | greſſus | ſum, | |
| Patior | pateris | paſſus, | ſum, | |
| Loquor | loqueris | locutus | ſum, | |
| Sequor | ſequeris | ſecutus | ſum, | & fructus. |
| Fruor | frueris | fruitus | ſum, | |
| Labor | laberis | lapſus | ſum, | |
| Cōminiſcor | cōminiſceris | cōmētus | ſum, | |
| Proficiſcor | proficiſceris | profectus | ſum, | |
| Nanciſcor | nanciſceris | nactus | ſum, | |
| Paciſcor | paciſceris | pactus | ſum, | |
| Adipiſcor | adipiſceris | adeptus | ſum, | |
| Vlciſcor | vlciſceris | vltus | ſum, | |
| Obliuiſcor | obliuiſceris | oblitus | ſum, | |
| Expergiſcor | expergiſceris | experrectus | ſum, | |
| Defetiſcor | defetiſceris | defeſſus | ſum, | |
| Queror | quereris | queſtus | ſum, | |
| Vtor | vteris | vſus | ſum, | |
| Nitor | niteris | niſus | ſum, | vel nixus. |
| Complector | complecteris | complexus | ſum. | |

Amplector amplecteris amplexus ſum,
Tueor tueris tutus ſum vel tuitus,
Tuor tueris tutus ſum vel tuitus,
Ordior ordiris orſus ſum vel orditus,
Experior experiris expertus ſum,
Metior metiris menſus ſum,
Morior moreris vel moriris, mortuus ſum moriturus.
Orior oriris ortus ſum oriturus, anomalum participium, degeneratq; hoc verbum in tertiā ↄiugationē alijs caſibus preter oriri ⁊ oriris, fecit ⁊ Ouuidius oreris,
Tu quotiens oreris, viridiq; in ceſpite flores.
Naſcor naſceris natus ſum naſciturus,

Carent ſupinis ⁊ proinde preteritis.

Reminiſcor reminiſceris, Veſcor veſceris,
Medeor mederis, Liceor liceris,
Liquor liqueris Opperior opperiris,

Carent ⁊ ſupinis omnia verba preteritis carētia, vt Aio ais, Ferio is, Furio is, Gliſco is. ⁊ que ſupra diximus inchoatiua, Vt Tumeſco.

## De cōpoſitione verboꝝ cum prepoſitionibus.

¶ Prepoſitiones cum veniunt in compoſitionē cum verbis, aut corrūpūtur vbi integritate manēte, vt Pono .is. īpono .is. Aut ipſis manētibꝰ integris vba corrūpūtur, vt Incipio .is. Aut inuicem prepoſitiones ⁊ vba corrūpunt ⁊ corrumpūtur, vt Impero imperas. Aut vtrunq; manet integrum, vt Infundo .is. Sed quēadmodū prepoſitiones corrumpātur in ea parte que eſt de orthographia diſſeritur, nūc quēadmodum verba corrumpantur dicimus.

### De verbis mutantibus a, in e.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Lacto | .as. | Delecto | .as. | oblecto | .as. |
| Mando | .as. | Comendo | .as. | | |
| Patro | .as. | Perpetro | .as. | Impetro | .as. |
| Halo | .as. | Anhelo | .as. | | |
| Sacro | .as. | Conſecro | .as. | Execror | .aris. |
| Dāno | .as. | Condēno | .as. | Indēno | .as. |

| | |
|---|---|
| Apto .as. | Ineptio .is. ineptior .iris. |
| Tracto .as. | Obtrecto .as. contrecto .as. |
| Arceo .es. | Coerceo .es. aberceo .es. |
| Pario .is. | Comperio .is. reperio .is. |
| Paſco .is. | Compeſco .is. diſpeſco .is. |
| Scando .is. | Deſcendo .is. conſcendo .is. |
| Parco .is. | Deperco .is. |
| Fatiſco .is. | Defetiſcor .eris. |
| Spargo .is. | Diſpergo .is. conſpergo .is. |
| Carpo .is. | Decerpo .is. concerpo .is. |
| Paciſcor .eris. | Depeciſcor .eris. |
| Partior .iris. | Impertior, diſpertior. |
| Patior .eris. | Perpetior .eris. |
| Gradior .eris. | Congredior .eris. |
| Farcio .is. | Confercio .is. refercio. |

### De mutantibus .a. in i.

| | |
|---|---|
| Amico .as. aui, | Inimico .as. aui, |
| Maneo .es. | Immineo .es. emineo .es. |
| Taceo .es. | Conticeo .es. reticeo .es. |
| Placeo .es. | Diſpliceo, Complaceo, non mutat .a. |
| Habeo .es. | Adhibeo, cohibeo. |
| Lateo .es. ui. | Deliteo .es. delitui. |
| Fateor .eris. | Confiteor, diffiteor. |
| Iacio .is. | Adijcio, proijcio, reijcio. |
| Facio .is. | Afficio .is. perficio, deficio. |
| Sapio .is. | Reſipio, vel reſipiſco, deſipio. |
| Rapio .is. | Diripio, corripio, arripio. |
| Capio .is. | Accipio, concipio, percipio. |
| Cado .is. | Occido, concido, decido. |
| Cedo .is. | Incido, concido, occido. |
| Ledo .is. | Allido, collido. |
| Quero .is. | Acquiro, conquiro. |
| Ago .is. | Adigo, prodigo, redigo. |
| Frango .is. | Confringo, perfringo. |
| Tango .is. | Contingo, attingo. |
| Pango .is. | Impingo .is. compingo .is. |
| Cano .is. | Accino, concino, precino. |
| Salio .is. | Aſſilio, reſilio, deſilio. |

De mutantibus, au. in .o. e. vel .u.

Plaudo .is. Complodo .is. explodo .is.
Audio .is. Obedio .is.
Claudo, Concludo. ¶ Fraudo, Defrudo.

De mutantibus, a. in .u.

Quatio .is. Concutio, diſcutio.
Salto .as. Reſulto .as. aſſulto inſulto.
Calco .as. Conculco, proculco.
Scalpo .is. Exculpo, inſculpo.
Capio .is. Occupo .as. aui.

De mutãtibus, e. in .i.

¶ Teneo .es. Contineo .es. pertineo .es.
Sedeo .es. Aſſideo, conſideo.
Rego .is. Arrigo, dirigo, erigo.
Lego .is. Colligo, diligo, intelligo.
Emo .is. Adimo, perimo, eximo.
Premo .is. Apprimo, comprimo.

De mutantibus, u. in .e.

¶ Juro .as. Deiero .as. peiero .as.

De quibuſdam alijs verboꝝ conſiderationib⁹.

Si in prima verbi poſitione fuerit .a. etiam ſi in preterito mutetur ſemper manet in ſupinis, vt

¶ Do .as. dedi datum, Sto .as. ſteti ſtatum.
Pario .is. peperi partum, Tango .is. tetigi tactum.
Fallo .is. fefelli falſum, Frango .is. fregi fractum.
Facio .is. feci factum, Jacio .is. ieci iactum.
Cado .is. cecidi caſum.

Si in compoſitione verbi .a. mutatur in .i. aliquãdo in preterito manet .e. ſimplicis et .a. in ſupinis, vt

¶ Frango .is. fregi fractum, Jnfringo .is. infregi infractũ.
Pango .is. pepigi pactum, Jmpingo .is. impegi ĩpactũ.
Ago .is. egi actum, Adigo .is. adegi adactum.

Aliquãdo .a. ſupini verbi ſimplicis vertitur in .e, vt

¶ Facio .is. feci factum, Conficio .is. cõfeci ꝯfectum.
Jacio .is. ieci iactum, Conijcio .is. ꝯieci cõiectum.
Capio .is. cepi captum, Cõcipio .is. cõcepi ꝯceptum.
Rapio .is. rapui raptum, Corripio .is. corripui correptũ.
Cano .is. cecini cantum, Occino .is. occinui occentum.

## De verbis impſonalibus.

Mar. HIc mihi pauca de verbis impſonalibus dicenda ſunt, tui cõmonendi cauſa. Duplicia ſunt verba impſonalia, alia paſſiue vocis, alia actiue. Paſſiue vocis impſonalia, fiunt a verbis actiuis ꝛ neutris, vt Docetur, Scribitur, Curritur, Statur.

Actiue vocis impersonalia hec fere ſunt,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Eſt, | Intereſt, | Refert | Accidit, |
| Contingit, | Euenit, | Conuenit, | Comperit, |
| Placet, | Libet, | Licet | Expedit, |
| Liquet, | Patet, | Conſtat, | Vaccat, |
| Sufficit, | Iuuat, | Oportet, | Decet, |
| Delectat, | Penitet, | Piget, | Pudet, |
| Tedet, | Miſeret. | | |

¶ In his quedam perſonaliter vſurpantur, quedam plane non recipiunt perſonalem vocem. Non enim oporteo, pudeo, peniteo dicimus. Coniugatio tam in paſſiuis q̄z in actiuis ſequitur characterē perſonalium, recipiunt autem tantum terminationē tertie perſone. De conſtructione, in ſyntaxi dicemus.

Item hec, Incipit, Deſinit, Debet, Solet, impſonalia ſunt, cum infinitiuis verborum proprie impersonalium iunguntur: alias vero perſonalia.

## De aduerbio.

Veriſ. EDepol, tam mihi clarus ꝛ perſpicuꝰ eſt ſermo, quem de verbo hactenus habuiſti, quam ea que ſunt clariſſima, Sed nunc aduerbium (ni falor) eſt, quod explanandū ſuccedit, Tu queſo prouinciam iſtam noli grauate ſuſcipere.

Mar.) Imo mi frater libens ſuſcipio, Nam mihi iucundius eſt nihil, quam tibi in omnibus morem gerere.

¶ Aduerbiū eſt pars oratiõis indeclinabilis que addita verbo ſignificationem eius aut complet, aut mutat, aut minuit, vt Iam faciam, non faciam, parum faciam.

Veriſ.) Unde dicitur aduerbium?

Mar.) Dicitur quaſi ad verbum, quod verbo circunſtantiā adijcit.
Veri.) Quot accidunt aduerbio?
Mar.) Tria. Species. Figura. Significatio.
Veri.) Quot ſunt ſpecies aduerbiorum?
Mar.) Due. Primitiua vt Sepe, Deriuatiua, vt ſepiſſime.
Veri.) Quot ſunt figure?
Mar.) Treis. { Simplex. vt Prudenter.
Compoſita. vt Quandiu.
Decompoſita, que a compoſitis deriuatur vt Miſericorditer, indocte, imprudenter.
Veri.) Quot ſunt ſignificationes?
Mar.) Sunt innumere,
Numeri. vt Semel, Bis, ter, quater, quinquies, ſexies, decies, centies. millies, toties, quoties.
Temporis, vt Hodie, Cras, perendie, heri, nunc, nuper, quondam, aliquando, olim, iam, tunc, cum, mane, ſero, ſemper, nudiuſtertius, nudiuſquartus, pridie, poſtridie, veſpi, modo, luci, iamdudum.
Loci, vt Hic, iſthic, illic, huc, iſthuc, illuc, intro, foras, intus, ibi, vnde.
Negandi. vt Non. haud. minime. nullatenus. nec, nequaq̄ʒ neqʒ.
Optandi, vt O. ſi. vt. vtinam.
Affirmandi, vt Etiam. profecto. nimirum. quippe. videlicet. quidni. nempe. ſcilicet. ne. certe.
Demonſtrandi, vt En. ecce.
Eligendi, Potius. imo.
Prohibendi, Ne.
Ordinandi, vt Continuo. deinde. deinceps. poſtea. preterea interea. interim. obiter. protinus. dehinc.
Interrogandi, vt Cur. quare. quāobrem. nunquid.
Dubitandi, vt Fors. forte. fortaſſis. forſam. forſitam. fortaſſe.
Euentus, vt Forte. caſu. fortefortuna.
Vocandi, vt O. heus. oho.
Reſpondendi, vt Eu. oe. o. hem.
Diſcernendi, vt Seorſum. diuiſim. ſecreto. ſeparatim. deorſum. ſigillatim. bifariam. omnifariam. plurifariam.

Congregandi, vt Simul. vna. pariter. coniunctim.
Iurandi, vt Edepol. mehercle. mecaſtor. mediusfidius.
Hortandi, vt Eia. age. agite. agedum.
Intendendi, vt Valde. penitus. vehementer. nimium. omnino. prorſus.
Remittendi, vt Senſim. paulatim. pedetentim.
Diminutiui, vt Belle. argutule. clanculum.
Cōparatiui, vt Magis. melius. forti9. plus. celerius. tardi9.
Superlatiui, vt Maxime. optime. fortiſſime. celerrime. doctiſſime. ocyſſime.
Similitudinis, vt Quaſi. ceu. ſicut. ſicuti. tanq̃. velut. veluti. vt. vti.
Quantitatis, vt Multum. parum. nimium. magnopere. modicum. ſatis. minimum.
Qualitatis, vt Bene. docte. ſapienter. pulchre. fortiter. male. perperam. ſuauiter.

## De participio.

Veriſ. Ex omnibus officijs, que tu plurima frater chariſ. in me contuliſti, hoc eſt longe gratiſſimum. Sed heu me infelicem: quam totus mihi diſpliceo, quia referre parem gratiam, nequaq̃ poſſum. Illud tamen, quod vnum poſſum, ingenue polliceor, ſemper dum viuam immortales gratias tibi habiturum. Sed iam ad participium manum mitte.

Mar.) Aufer obſecro dilectiſſime mihi iſta, maior eſt noſtra neceſſitudo, quam vt vel tu mihi: vel ego tibi pro vllo officio debeam gratias agere, Si ex animo probas officiū in te meū, fac vtare ſepius, tibi enim (vt carmine vergiliano vtar) quid optas explorare labor: mihi iuſſa capeſſere, fas eſt. Sed iam ad rem.

Participium elegans genus vocum eſt ſi cōmode vtaris, nā felicius pleraq; & magis ſignate efferimus per participia quā per verba, vt cum dico, furor fit leſa ſepius patientia, non paulo gratius eſt, quam ſi dicas: Patientiā ſi ſepe tentetur ac ledatur furorem fieri, Includit enim participium relatiuum vel particulas, dum, ſi, cum verbo.

Veri.) Quid ergo eſt participium?

Mar.) Pars orationis declinabilis, que pro verbo ponitur, ex quo deriuatur, gen⁹ & caſus habēs ad ſimilitudinē nominis

Veri.) Unde dicitur participium?

Mar.) Dicitur quaſi particapiū, quia partē accipit a nomine, partem a verbo, partem ab vtroq3.

Veri.) Quot accidunt participio?

Mar.) Sex, Genus, Caſus, Numerus, figura, Tempus, Significatio.

Veri.) Genera participiorum quot ſunt?

Mar.) Ex regulis de nomine cognoſci poteſt, nam omnis generis ſunt ea que ns, finiūt, vt Legens, Cetera mutāt genera per terminationes more adiectiuorum, vt Albus. a. um.

Veri.) Quot ſunt caſus?

Mar.) Jidē qui in nomine, Declinatio ad paradigmata adiectiuorum nominū refertur. Excipitur iens participium ab eo, mittens genitiuum in vntis cum compoſitis Ambiens tamen mittit ambientis.

Veri.) Quot ſunt numeri?

Mar.) Duo ſicut in nomine.

Veri.) figure quot ſunt?

Mar.) Due, Simplex, vt fractus, Decōpoſita, vt Cōfract⁹ Nam nulla ſunt compoſita participia niſi a verbis compoſitis.

Veri.) Quot ſunt tempora?

Mar.) Tria, Preſens omnium participiorum in ans, vel ens, deſinentium, vt Amans, Legens.

Preteritum omnium participiorum que in Tus, Sus, & xus, ſiniūt, vt Amatus, Viſus, Nexus, & Mortuus, quod ſolum in uus, terminatur.

futurum omnium participiorum in Rus, & in Dus, deſinentium, vt Amaturus, Amandus.

Eſt notandū, quod plerunq3 participium accōmodatur verbo cui adiungitur, quod in exponendo facile animaduerti poteſt, vt Me docente tu diſcebas, Me docente tu diſces.

Item nota, quod cum apud latinos paſſiua verba preſentis tē poris participijs careāt, vt actiua preteriti, exceptis prādeo, & pauca alia, de quibus poſtea dicemus. Solētra autbores nōnū q̃ participia pſentis pro pteriti ſubſtituere, Cicero, Cum e cicilia

decedẽs rhodū veniſſem, Temperate tamẽ id faciẽdū eſt, neq̃ cum p̃teriti participio in ſignificatione actiua vti poſſumus, non enim recte dixeris, e Cicilia proficiſcẽs, ſed profectus.

Deri.) Quotuplex eſt ſignificatio?

Mar.) Duplex, Et ea tibi in primis obſeruanda eſt, vt diſcas que actiue que paſſiue ſignificent. Qua in re ſepe videmus peccare imperitos.

Actiue ſignificant que ab actiuis cadunt, nam participiū imitatur ſui thematis ſignificationem. Porro ab actiua voce duplicia veniūt p̃ticipia., preſens vt legens, futurū vt lectur⁹.

A neutris cadunt ſimilia participia: Ea ſuorum verborum ſignificationem imitantur. vt Seruiens ſeruitur⁹, Vapulās vapulaturus. Fiunt etiā a neutris paſſiua participia, ſed ab his tantum quorum tertie perſone paſſiue vſurpātur., vt Aratur terra, hinc arata ⁊ aranda terra, Sic Verg. Arte laborate veſtes: Errata littora. Et illud Ouidij, Que venit indigne pena dolenda venit. Itẽ vtrq̃ mihi dempto fine carend⁹ abeſt.

A paſſiuo item duplicia, preteritū vt lectus, ⁊ futurum vt legēdus, eaq̃ paſſiue ſignificant.

A deponēti triplicia, preſens vt loquēs, preteritū vt locut⁹, futurum vt locuturus actiue ſignificationis. In his ſunt ⁊ futura in dus, nam fuere olim deponentia fere omnia cōmunia, vt ſequendus, vtendus.

A cōmunibus quadruplicia, preſens vt criminās, futurum vt criminaturus que actiue ſignificāt, preteritū criminatus actiue ⁊ paſſiue ſignificationis, Paſſiuum futurum criminandus.

Admonuimus aūt ſupra, veterib⁹ plura fuiſſe cōmunia verba, q̃ nobis, hinc extāt participia p̃teriti in paſſiua ſignificatiōe, vt Mērita tela, Meditata oīa. Ipſe vno gradit̃ cōmitat⁹ achate.

¶ Hic tibi obſeruanda eſt exceptio. Nam regule ſupra poſite propemodum vere ſunt, niſi quod a verbis actiuis ⁊ neutris participia preteriti ōgenerāt nōnū q̃ in actiuam ſignificationē.

Argutus ab arguo.
Auſus ab audeo.
Adultus ab adoleſco.
Cautus a caueo.
Aſſuetus ab aſſueſco.
Caſſus a careo.

Falſus a fallo.
Fluxus a fluo.
Gauiſus a gaudeo.
Iuratus a iuro.
Ignotus ab ignoſco.
Oſus ab odi odiſti.

| | |
|---|---|
| Circũſpectus a circũſpicio. | Placitus a placeo. |
| Conſuetus a conſueſco. | Conſyderatus a cõſydero. |
| Exoletus ab exoleſco. | Contentus a contineo. |
| Euaſus ab euado. | Cenatus a ceno. |
| Decretus a decreſco. | Potus a poto. |
| Defectus a deficio. | Pranſus a prandeo. |
| Diſceſſus a diſcedo. | Profuſus a profundo. |
| Diſertus a diſſero. | Sparſus a ſpargo. |
| Scitus a ſcio. | Tacitus a taceo. |
| Excretus ab excreſco. | Titubatus a titubo. |
| Paſſus a pateo. | |

Sed & reperies participia preſentis a verbis actiuis migrare nõnunquam in paſſiuam ſignificationem.
Voluens pro eo quod voluitur.
Volutans pro eo quod volutatur.
Quaſſans pro eo quod quaſſatur.
Precipitans pro eo quod precipitatur.
Item euidens negotiũ, id eſt, quod euidetur & ꝑſpicuum eſt.
Ab imperſonalibus, que non recipiunt voces perſonalium, nulla extant participia, preter perteſus a tedet tedebat.
Suetonius, quaſi perteſus ignauiam ſuam, Sic leges.

| | | |
|---|---|---|
| Penitens | Decens | Pudens. |
| Penitendus | Libens | Pudẽdus, pigẽdus. |

Que tamen magis videntur nomina.
Item ſimilia ſunt participijs.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tunicatus | Perſonatus | Oberatus | Galeatus, |
| Caligatus | Manicatus | Scutatus | Pileatus, |
| Penulatus | Bracatus | Paludatus | Pretextatꝰ, |
| Bacchatus | Cumatus | Trabeatus | Criſtatus, |
| Ocreatus | Haſtatus | Soleatus | Stellatus, |
Adduntur ⁊ hi genitiui, Tanti, quanti. quanticunq;. tantidē. parui. magni, Nam cetera huiuſmodi adduntur ꝑ aduerbium.
Magni tua refert. Minus mea refert quam tua.
Cicero. Permagni intereſt tua, an reddite ſint litere.
Maximopere refert. Nihil intereſt. Plurimum refert.

### Appendix. & nomina poſſeſſiua

Verbo Eſt adijcimus meum, tuum, ſuum, noſtrū, veſtrum, vt
Meum eſt iniuriam non adferre, Tuum eſt illatam muſitare. paternū eſt vtilitati filioꝝ conſulere

### Aeſtimandi, Ordo II.

Verba eſtimandi genitiuis gaudent. vt
Parui ducitur probitas. Plurimi fit pecunia.
Tanti eris alijs quāti tibi fueris. Maximi penditur nobilitas.
Nihili vel pro nihilo penditur. Nihili vel ꝑ nihilo hētur litere
Nauci, flocci, pili, huius non facio.
Aſſis non facio. Teruncij non facio.
Eſt in vſu etiam, Magno eſtimo.
Cicero. Glorioſa ſapientia non magno eſtimanda eſt.
Suet. Neq; tulerat tā moleſte, tā magno eſtimari honorē cene
Seneca. Data magno eſtimas, accepta paruo. (ſue.
Singulare eſt illud, Equi boni conſulo, id eſt in bonam accipio partem.

### Vendendi Ordo III.

Vendo, reuēdo, addico, diſtraho, diuendo. venundo, veneo proſto, Aeſtimo. indico, inſcribo
Liceor. licitor. licere. Loco. Conduco.
Emo. coemo. Redimo. Mercor. cōmercor. Conſtat. Valet.

Hec verba hos duntaxat gtōs exigunt, Tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quāticunq;, pluris ⁊ minoris.
Si non addantur ſubſtantiua, nam tum migrant in ablatiuos.
Cetera precij vocabula, vel in ablō ſine prepoſitione, vel per aduerbium apponuntur, vt
Minoris reuendes quam emeris.
Pluris conducis quam emi poterat.
Quanticunq; locabis, preſtiterat vendidiſſe.
Hodie boues pluris licebant quam homines.
Miror tantas edes tam paruo inſcriptas. (dio reuendes.
Paulo, magno, nimio, minimo, plurimo, vili, duplo, dimi-

Aſſe emi, tantidem tibi ſum traditurus.
Teruncio ſeu vicioſa nuce non emerim.
Nihilo conſtat. Percare locauit equum.
Carius emitur oleum quam vinum.
Cariſſime conſtat, quod precibus emptum eſt.
Gratis locat edes. At magno paſcit.

Appendix.

Quin ⁊ quibuſlibet verbis precij nomen aut aduerbium apponitur ad hanc formam.
Magno pranſi ſumus, pluris cenaturi.
Non minoris docet, q̄ȝ talento, Hic magno etiam tacet.
Nimio, Minimo, Paulo viuitur Londini.
Care bibit, Sed carius loquitur Baſſus. Nec ſalutat gratis.

Accuſandi, Ordo IIII.

Verba accuſandi, damnandi, abſoluendi, ⁊ conſimilia genitiuum aſciſcunt, qui crimen ſignificet. vt
Accerſitus eſt capitis. Detulit fratrem leſe maieſtatis.
Poſtulatus eſt repetundarum, ſiue de repetundis.
Accuſauit male geſte rei, male obite legationis.
Egit cum nouerca iniuriarum. Cōdemnatus eſt peculatus.
Reum egit parricidij. Damnauit inceſtus.
Hic furti ſe alligat. Plautus, Hic furti ſe aſtringit.
Criminatus eſt adulterij, cum plagij teneretur.
Arguit te mendacij, Reuicit piurij. Incuſat negligentie.
Appellatus eſt veneficij, Inſimulas herum auaritie.
Suggillas parſimonie. Notas libidinis ſeu de libidine.
Infamas inſcitie. Traducis luxurie.
Suſpectum habes perfidie, ſiue de perfidia.
Taxas ambitionis, Calūniaris maleficij.
Admonuit me errati, Commonuit te promiſſi.
Commonefecit te debiti.
Plinius, Inuenimꝰ Egnatij vxorem cū vinum bibiſſet e dolio interfectā fuſte a marito, eumq; cedis a romulo abſolutum.

Extant ⁊ he formule apud bonos authores.

Cicero. Ne quem vnq̄ȝ innocentem iudicio capitis arceſſas.
Cicero. Putaui ea de re te eſſe admonendum.
Cicero. Inertiam accuſas adoleſcentium.
Cicero. Condemnabo eodem te crimine.

Singulare eſt. Expoſtulauit mecū de nō miſſis ad ſe literis.

Appendix.

Si non fuerit propꝛium criminis nomen, apponitur ablatiuus addita fere prepoſitione.

Vtrū ambitꝰ accuſas, an ſacrilegij, an vtroqꝫ ſiue dē vtroqꝫ?

De plurimis ſimul accuſaris.

Miſeret ⁊c. Ordo v.

Miſeret, miſereſcit me tui, Piget te laboris,
Multos vite tedet, Non te pudet vanitatis?
Noſtri noſmet penitet.

Hec genitiuum habent cum accuſatiuo, niſi dicamus,
Puditū eſt conſilij, Miſertum eſt virginis,
Perteſum eſt coniugii.

Appendix.

Sed impersonalibus loco genitiui, poteſt addi vbū infinitum.

Tedet me vite, Tedet me viuere.
Piget militie, Piget militare.

Variantia quedam Ordo vj.

Hec variam habent conſtructionem.

Miſereor tui, vel tibi. Nam miſereor accuſatiuū adſciſcit.
Miſereor rempublicam.
Meminit tui, vel de te, id eſt mentionem fecit.
Memini pro recordor plerunqꝫ accuſatiuo iungitur, vt
Memini huius rei ⁊ hanc rem,
Obliuiſcor, Recordor, Reminiſcor, Recolo tui, vel te,
Venit in mentem eius diei, id eſt recordor, vel
Venit in mentem ille dies, Potitus eſt rerum, id eſt vicit,
Et potitus eſt imperio, id eſt aſſecutus eſt.
Eget tui, vel te, Indiget auxilij vel auxilio.

Significantia aliquid fieri in loco.

Ordo vij.

Omne verbum admittit genitiuū propꝛij nominis ſignificantis locum in quo fit actio.

Vixit Rome, ⁊ in vrbe roma.
Studuit Oxonie, ⁊ in vrbe oxonia.
Natus eſt Londini.
Tarenti degit archita, qui ligneam columbam volatilem fecit.

Pro propꝛiis vſurpantur hec appellatiua.

Humi, Domi, Militie, Belli, Toge, Jacet humi.
Domi belliq; ſimul viximus.
Domi mee, noſtre, tue, ſue, veſtre, aliene.
Nec alia admittit adiectiua. Nam domi paterne non recte dicitur, ſed in domo paterna.
Cice. Malo eſſe cū timore domi mee, ꝙ̄ cū piculo domi aliene.
Ruri in datiuo, ſiue rure in ablatiuo, vbis iiſdem adiūgitur.
Ruri educatus eſt.

¶ Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, ablatiuo vtimur.
Nupſit Athenis, Delphis Apollo oracula reddebat.
Et in tertia declinatione in ablatiuo ponuntur, vt
Militauit Carthagine, vel carthagini ī dtō vt quibuſdā placet.
Infrequens eſt his addere prepoſitionem.
Cum eſſem in mediolano, que ſemper additur nominibus locorum maiorum, & appellatiuis.
Cum eſſem in Italia, Cum agerem in ſuburbano.

# Datiuus poſt verbum,

Ordo I.

Quoduis verbum acquiſitiue poſitum exigit datiuum, vt
Non omnibus dormio, Huic habeo non tibi.
Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur, Mihi peccat ſi quid peccat.
Omnibus ſapit, ſibi vni nō ſapit.

Acquiſitiua Ordo II.

Precipue tamen huius ordinis ſunt, que commodum aut incōmodum ſignificant, vt
Do mutuo ſeu mutuum, Do commodato.
Mutuo, Fenero, Largior, Confero tibi, & Confero in te.
Preſtare, p dare & p exhibere, vt Preſtare fidē Preſtare pacta.
Dono tibi hoc munus, & dono te hoc munere.
Impartiam tibi fortunas meas, & impartiam te fortunis meis.
Aſperſit tibi labem, & aſperſit te labe.
Inſtrauit equo penulam, & inſtrauit equum penula.
Debet tibi vitam, Suam eruditionem tibi acceptam fert.
Satiſfacio, Soluo, Reſoluo, Reſcribo, Renumero,
Numero pro ſoluo, Remetior, Pendo, Rependo,

Refero. Repono pro reddo, Reſpondeo pro ſatiſfacio.
Nunquam tuis meritis eſt reſponſurus.
Commodo pro proſſum. Incommodo pro noceo.
Non poteſt mihi nec commodare nec incommodare.
Opitulor. Proſum. Auxilior. Suppedito pro ſubminiſtro.
Suggero. Succurro. Subuenio. Adminiculor. Patrocinor
Suffragor. Adſum. Faueo.
Bene volo. Bene cupio.
Benedico tibi, non te. Maledico illi, non illum.
Medeor tibi, & medebor tuo dolori. Medicor te vel tibi.
Conducit. Confert tibi. id eſt, vtile eſt.
Conducit huic rei, ſiue conducit ad hanc rem.
Studeo huic rei & hanc rem.
Conſulo tibi, do conſilium. Conſule rebus tuis. i. proſpice.
Conſulis me, id eſt conſilium a me petis. Sibi canit.
Metuo. Timeo. Formido tibi, id eſt ſum ſolicitus pro te.
Metuo te. i. timeo ne mihi noceas, Coniũgitur vterq; caſus.
Omnia tibi timeo, que ſolent puſillis accidere.
Et apud terentium, Hei metui a chriſide.

Imperandi et nunciandi
Ordo III.

Ad hec que imperandi & nunciandi ſignificationem habent.
Iubeo te abire. Iubeo tibi vt abeas. Impero. Precipio.
Preeo, vt Iudicib⁹ preire conatur. Preſcribere lege e victis
Dicta mihi iuſiurandum. Edico tibi miles. Mando.
Committo. Delegauit mihi ſuam vicem. Indixit mihi bellũ.
Deſigna. Conſtitue. Preſtitue. Condicito.
Prefige mihi diem ac locum. Tempero tibi & te, id eſt, rego.
Moderatur animo ire, & moderatur principem.

Nunciandi.

Dico tibi, Scribo tibi & ad te, Loquor, Recenſeo,
Narro, Expono, Explano, Explico, Aperio,
Indico, Demonſtro, Commõſtro, Refero, id eſt, Narro
Retulit ad ſenatum, id eſt, propoſuit in ſenatu.

Obſequij & repugnantie
Ordo IIII.

Que ad obſequium ſiue repugnãtiam pertinent.
Morigeror, morẽ gero, Obſequor, Obſecundo, obſeruio.

Seruire tempori. Inſeruit ſuis commodis.
Subſeruio, Supparaſitor, Ancillor, Aſſentor, Adulor, Palpor, Obedio, Milito, Pareo.
Auſculto tibi, id eſt, obedio. Auſculto te, id eſt, audio.
Audiens dicto, Obtempero, Cedo, Concedo.
Conſentio tibi ſiue tecum, Aſſentio ſiue aſſentior tibi.
Diſſentio tibi ſiue abs te, Subſcribo tuo iudicio. Suffragor, Aſtipulor, Accedo tibi, ſiue tue ſententie, id eſt, approbo.
Hoc acceſſit meis malis, ſiue ad mea mala, id eſt, additum eſt.
Accedit huc, Accedit his, & accedit ad hec.
Conuenit mihi tecum, Conſtat hoc nobis, ſiue inter nos.

Repugnantie.

Refragor, Obſto, Obſiſto, Obſtrepo, Reſiſto, Repugno, Reluctor, Reclamo Officio, Occurro.
Obuiam eo, Obuiam factus eſt mihi.
Aduerſor, Diſſideo tibi ſiue tecum.
Contẽdo tibi ſiue tecum, Hoc abs te contẽdo .i. vehemẽter peto.
Certat illi ſiue cum illo, Noli pugnare duobus grece magis quam latine dixit Catullus, pro cum duobus.

Relatiuus Ordo v.

Verba que relationem & reſpectum habent ad aliquid.
Que huic eſt coniux, tibi nurus eſt.
Platoni corpus eſt vox, id eſt, iuxta platonis ſententiam.
Ariſtoteli ſpongie ſentiunt.

Relatiua per compoſitionem.

Huiuſmodi ferme ſunt compoſita cum his prepoſitionibus.
Pre. Ad. Con. Sub. Ante. Poſt. Ob. In. & Inter.

Pre.

Ego meis preluxi maioribus, Prepollet omnibus.
Prenitet, Preminet, Preſtat omnibus ſiue omnes.
Precellit omnibus vel omnes. Prebibit mihi.
Preripuit illi. Preeo pro vinco, Precedo, Precurro.
Preuertor, Preuenio, accuſatiuum exigunt.

Ad.

Admolitus eſt illi manũ, Admoueo, Accubuit, Aſſedit mihi.
Aduolutus eſt genibus, Arriſit matri.
Appreſſit pectori codicem, Adegit gladium pectori.
Adiacet egypto, Affulſit mihi ſpes, Acclamabant dicenti.

Affigo, Adhereo. Adhereſcit, Adlubeſcit.

Con.

Conuixit nobis, Commigrauit huic vicinie.
Commori tibi cupio, ſiue tecū, Colludo tibi, vel tecum.

Sub.

Subiacent fortune, Succedo, Subijcio.
Subeſt, Subolet patri.

Ante.

Anteſtat, antepono, Antefero te omnibus, Antecedit
Anteuertit, Antecellit omnibus vel ōnes. Anteeo te, nō tibi.

Poſt.

Poſthabeo, poſtpono famam pecunie.

Ob.

Obgannit nobis, Occinit, Obturbat.
Oppono, Obijcio, Oppedo, Obmurmuro.

In.

Indormis ſacris. Inuigilas chartis.
Immoraris, Immoreris. Inſudas ſtudijs.
Inſides ſaxo. Illudo tibi. Inſulto.
Inniteris arundini. Nitor quoqz ſimplex.
Nititur ſuis viribus. Imminet capiti.
Impendet omnib⁹ periculum. Inceſſit mihi cupiditas.
Ineſt illi, vel in illo. Incidit mihi lis cum nebulone.
Intermiſcet vera falſis. Interſerit, Interijcit.
Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio.
Et intercedit mihi cum illo familiaritas.

Contingentie,

Contigit mihi, Accidit, Euenit, Uſu venit, Obtigit.
Ceſſit, Succeſſit. Obuenit, Uertit, Cecidit,

Confidendi.

Fido. Confido. Credo. Fidem habeo, fidē facio, fidē do.
Polliceor. Spondeo. Nubo.
Item hec. Liquet. vacat. placet. diſplicet. dolet. licet. libet.
patet. expedit. prodeſt. obeſt. ſufficit. ſucceſco. indignor. mi-
(nor.

Datiui aduerbiales.

Appendix.

Adduntur & hi datiui aduerbiales.
Tempori ſurgendum. Veſperi venit. Luci occidit hominem.

Verbis aliquoties datiuus feſtiuitatis, id eſt iucunditatis gratia adiungitur. Suo ſibi hunc iugulo gladio.

Verbo eſt habendi ſignificatione vtimur cum datiuo. Eſt tibi mater, Non eſt tibi quod agas. Sunt exitio reipublice inteſtine diſſentiones.

### Gemini datiui.

Nonnũquam geminos habet datiuos. Eſt mi lucro, Eſt mihi odio. Non ſit tibi cure, Item hec. An id ſibi ſtudio habet, Hoc tu tibi laudi ducis. Speras tibi laudi fore, Quod mihi vitio vertis. Dedit mihi veſtem pignori, Dono, Mutuo, Dedit mihi pecuniam fenori.

## Accuſatiuus poſt verbum,

### Ordo I.

Verba tranſitiua cuiuſcunq; generis exigũt accuſatiuum ſignificantem id quod patitur. vt Sophiam me graij vocant, latini ſapientiam; Vſus me genuit, mater peperit memoria. Saluta patrem. Numeras harenam. Bibis vinum. Loqueris mendacium. Oſculatur ſacra. Tedet, Piget. Pudet. penitet. Miſeret me tui. Decet te. Nõ decet ſenẽ. Dedecet virginem impudentiã. Antiqui dicebãt, ⁊ decet tibi. Itẽ Oportet, iuuat. delectat. Oportet principem poti⁹ ꝯſulere publice ſaluti q̃ȝ priuatis affectibus morem gerere.

Eſt autem obſeruandum non omnium nominum accuſatiuos promiſcue omnibus actiuis ſubijci poſſe, ſed habendã eſſe rationem φρασεως. Intereſt enim inter hec, Feci damnum, ⁊ dedi damnum. Habeo orationem rectum eſt, non rectum eſt facio orationem. Rectum eſt, facio verba, non rectum, habeo verba, Differt item Dat verba, Et capio voluptatem, rectius eſt, q̃ȝ cepit me voluptas. Et cepit me obliuio recte dicitur, nõ autem obliuione captus ſum. Sed he figure quotidiano vſu autorum deprehenduntur.

### Duo accuſatiui:

Sũt que geminum admittunt accuſatiuum, Docuit me literas, Dedocebo te iſtos mores.

Popoſcit me mutuū, Interrogo te hāc rem ⁊ de hac re.
Rogat, Orat, Flagitat, Exorat te veniam.
Poſtulo, Flagito, Peto abs te hanc rem, frequentius quam te ſine prepoſitione.

Exuo, Induo, Veſtio, Calceo, Cingo, Poſteriorem, hoc eſt accuſatiuum rei ſepius mutant in ablatiuum.
Exuit ſe chlamydē ſiue chlamyde. Accingit ſe gladio.

Accuſatiuus rei ⁊ perſone.

Quedam vtrumuis admittunt rei ſeu perſone.
Dicit te, ⁊ dicit litem. Excuſat ſe ⁊ excuſat valetudinem.
Accuſat te, ⁊ accuſat tuam negligentiam.

Motus ad locum Ordo II.

Que ſignificant motum ad locum aliquem accuſatiuū poſtulant nominis proprij, citra prepoſitionem.
Eo Romā. Redijt Athenas. Nauigauit Carthaginē.
Item hec, Confero me Domū. Recipio me Rus.
Nam appellatiuis, ſiue maiorum locorum vocabulis fere prepoſitio additur. Profectus eſt in Hiſpaniā.
Reuerſus eſt in prouinciā. Abijt in forum.

Spacium temporis Ordo III.

Quibuſlibet verbis apponitur accuſatiuus ſignificans ſpacium temporis. Potauit totam noctem.
Hic totum deſedi diem. Viginti annos natus eſt.
Iam ſeculum te operimur. Trecentū totos regnabitur annos.
Annum audientem Cratippum. Non plus triduū aut triduo.
Vna cum gente tot annos bella gero.
Tertium iam annum ⁊ viceſſimum regnat.

Appendix.

Quanquam hic aliquoties in ablatiuum vertitur.
Commoratus eſt apud nos tribus horis, ſeu tres horas.

Appendix.

Aliquoties non ſpacium, ſed ſpecies temporis ſignificatur, ablatiuus tantum apponitur.
Nocte vigilas. Luce dormis. Aeſtate domi deſides.
Hyeme nauigas. Superiorib⁹ diebus ad te ſcripſi.
Anno proximo te viſam. Exacto menſe redijt.
Plin. Omnia plenilunio maria purgantur.
¶ Significatur aūt ſpecies, cum interrogatio fit ꝑ quando, vt

Quando venies? Hora tertia poſt meridiẽ, Puncto temporis.
Spacium vero, cum ſit interrogatio per quandiu, vt
Quandiu vigilaſti? Duas horas.

### Appendix.

Et prepoſitiones accedũt. In paucis diebus ⁊ paucis dieb⁹.
Surgunt de nocte latrones ⁊ nocte.
Eſt in diem quod promittis, nec aliter.
Peto vt cõmodes in vnũ mẽſem, Vt ſit in annum ſumptus.
Tribunitiam poteſtatem in quinquennium accepit.
Annos ad quinquaginta natus.
In aliud tempus ſpectare te velim.
Vt in reliquum ſuſpitiones omnes vitet.
Venio tertio Kalẽdas, ⁊ ad tertiũ calendaꝝ, ⁊ tertio calẽdaꝝ.

### Spacium loci Ordo IIII.

Quibuſdam ⁊ loci ſpacium eodem modo apponitur.
Iam mille paſſus ꝓceſſerat, Patet in longũ quingẽta ſtadia.
Latum culmum, Latum vnguem, Latum digitum.
Pedem hinc ne diſceſſeris, Abeſt ab vrbe ſeſquimiliariuꝫ.
Verg. Tres pateat celi ſpacium non amplius vlnas.
Liuius, Caſtra locat mille paſſus ab vrbe, ⁊ mille paſſuum.
Quanquam hic quoq; nonnunquam vertitur in ablatiuum.
Abeſt a continenti quingentis paſſuum milibus.
Verg, Neq; longis inter ſe paſſibus abſunt.

### Reciprocus actus Ordo V.

Quodlibet verbum quantumuis intranſitiuũ admittit accuſatiuum nominis ſignificantis eundem actum, vt
Quam hic vitam viuitis? Endymionis ſomnũ dormis.
Dormis Epimenideum ſomnum.
Huius generis ſunt illa, Longum nauigauit iter.
Hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia.

### Accuſatiuus per figuram,

Item illa, Reſipit, Sapit aduſtionẽ, Olet Lucernã, Hircũ.
Olet vnguenta, Spirat Italiam.
Vox non ſonat hominem, Vinea crepat mera.
Viuunt bacchanalia, Viuit Cynicum.
Et que ponuntur aduerbiorum loco.
Furit indomitũ. Dulce ſonat. Toruũ tuetur. Horrẽdũ clamat.
Id eſt, indomite, dulciter, torue, horrende.

Nomina enim degenerant in aduerbia apud latinos, idq̃ ſingulari numero, Apd grecos plurali numero, idq̃ latini imitati ſunt. vt Verg. Nec ſera comantem narciſſum, pro ſero comantem, ſeu florentem. Narciſſus enim poſtremus omnium florum circiter ſeptembrem primum floret, vt ſcribit Theophraſtus.

## Ablatiuus poſt verbum,

Ordo I.

Quoduis verbum admittit ablatiuum ſignificantē qualecunq̃ inſtrumentum aut modum actionis.

Exemplum inſtrumenti.

Petijt me ſaxo. Cecidit loris.
Enecas odio. Refellis argumentis.
Vicit ſapientia, Conciliauit humanitate multos.
Concordia res parue creſcūt.
Diſcordia maxime dilabuntur. id eſt, per diſcordiam.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit. Sūma eloquentia cauſam egit.

Hic tamen apponitur aliquoties prepoſitio Cum.
Summa cum humanitate tractauit hominem.
Nam inſtrumentis non apponitur, Non enim recte dicitur, Scribit cum calamo.

Appendix.

His finitima ſunt que ad ſynechdochen pertinent.
Egrotat animo magis quam corpore. Diſcruciatur animo.
Candet dentibus. Rubet capillis.
Id eſt, ſecundum animum, corpus, capillos.
Poete dicunt per accuſatiuum. vt
Languet animum. Rubet faciem. Canet capillos.

Comparatiua Ordo II.

Que vim obtinēt comparationis, admittunt ablatiuum ſignificantem menſuram.
Multo preſtat cauere, quam admittere.
Multis infinitis partibus te vincit. Duplo ſuperat.
Nimio excellit, antecedit.

Motus a loco. Ordo III.

Que ſignificant motum a loco, ſiue per locum, eadem nomina

admittunt in ablatiuo, que in genitiuo apponebãtur, cum ſignificabatur quies in loco.

Diſceſſit londino, Rure reuerſus eſt.
Louanio ſum facturus iter, Rediſt Chartagine pater.
Semel ac iterum inuenias additas prepoſitiones.
Cicero. Brutus ab roma aberat.
Nominib⁹ regionũ prepoſitiones ſicut ⁊ appellatiuis addũtur.
Gallus ex Italia profectus eſt.
Per Italiam eundum eſt Greciam petenti.
Proficiſcor ex vrbe, Per forum ibis.

Adduntur ⁊ hi ablatiui aduerbiales.
Hac eundum eſt, Illac, Iſtac.
Qua pro aliqua parte ſeu via, vt Si qua licebit effugere.
Ex relatiue, Qua ſpectat Aegiptum.

Ablatiuus abſolutus Ordo IIII.

Quibuſlibet verbis additur ablatiu⁹ abſolute ſumptus, vt Me dormiente tu bibis,
Coniungũtur autem duo ablatiui deſignantes conſequentiã, Alter participij, alter nominis aut pronominis. Et explicari poſſunt per particulam, cum, vt Imperante Maximiliano, Veneti grauiter afflicti ſunt, id eſt, cum imperaret.
Dicimus ad hunc modum imperatore maximiliano.
Te impulſore feci, Hoc me viuo non facies.
Hec fiunt te rege, te conſule, te pontifice.
Lilio preceptore tantus hic euaſit, Imperatore Carolo,
Galli ad mediolanũ magna pugna victi ſunt a germanis.

Implendi onerandi Ordo V.

Verba implendi, Onerandi, ⁊ his diuerſa, vt
Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis.
Luxuriatq; thoris animoſum pectus.
Satio, Saturo, Expleo te fabulis.
Ingurgitauit ſe cibo, Obruit ſe vino.
Oneras ſtomachum cibo, Impleuit poculum vino.
Leuabo te hoc onere, Leuat⁹ febre. Exonerabo te nũmis.
Nudauit, exuit, ſpoliauit me bonis omnibus.
Emunxit ſenes argento, Culpa vacare magnum ſolatiũ.

Proſequor, Afficio, Ordo VI.

Item proſequor ⁊ afficio.

Afficit me iniuria, Damno, Honore,
Proſequor te odio, amore, beneuolentia.
Pluit lapidibus, lacte, ſanguine, ſiue lapides, lac, ſanguinē

Mereor bene ſeu male Ordo VII.

Bene mereor & male, peius, melius, optime, peſſime.
interueniente prepoſitione aſciſcunt auferendi caſum.
Optime de literis meritus es.
De me nihil es meritus, neq; bene, neq; male.

Verba repellendi, &c. Ordo VIII.

Repellendi ſignificationem habentia ablatiuos adſciſcunt.
Sed cum prepoſitione.
Ignauum fucos pecus a preſepibus arcent.
Abſtineo a vino. Faceſſe a me. Migrauit a ſeculo.
Non nimis abhorret a veritate.
Et petendi, vt Peto abs te pecuniam.
Viuere ſi recte neſcis diſcede a me.
Item accipiendi, vt Accepi a frate literas.
Sunt huius generis Accipio, recipio, audio, ſpero,
Quero, habeo, intelligo, expecto & diſco, & ſimilia.
Diſco ab illo & diſco de illo muſicam Plautus in penulo.
Item verba diſtandi, vt Quod abeſt ab oculo,
id quoq; abeſt a corde, Diſto, differo, abſum, abeo. &c.
Item Naſcor & Orior, Naſci a principib⁹ fortuitum eſt, elegā
tiſſime ſine prepoſitione. Saluſt. Catilina nobili genere nat⁹.

## Paſſiua, Ordo ix.

Paſſiuis addit ablatiuus agētis ſed accedēte prepoſitiōe, a vel ab
Rideris ab omnibus, Vergilius legitur a me.
Additur aliquando datiuus ~~abſq; prepoſitione.~~
Amaris omnibus, vel ab omnibus. Viſus mihi, pro viſus a me.
Accuſatiuus patiens vertitur in nominatiuum.
Pater caſtigat filium, Filius caſtigatur a patre.
Ceteri caſus fere oēs manēt in paſſiuis, qui fuerāt actiuoꝝ.
Doceo te grammaticam. Tu doceris a me grammaticam
Accuſabunt te furti, Accuſaberis furti.
Priuabunt te magiſtratu, Priuaberis magiſtratu.
Que per ſe paſſiua vocantur, conſtruuntur quēadmodum & illa
Venijt a dn̄o, Vapulabis a preceptore, Quid fiet ab illo?

# De ſyntaxi,

Conſtructio imperſonalium paſſiue vocis prorſus imitatur regulam paſſiuorum, preterq̃ ꝙ nullus nominatiuus precedit, Nam ideo dicuntur imperſonalia, vt

Luditur de corio tuo. In diem viuitur.
Itur ad me quoniã nemini obtrudi poteſt.

Accuſatiui proximi actiuorũ non poſſunt imperſonalib⁹ ſubijci apud latinos, neq; enim recte dicitur. Legitur Vergilium, At greci ea figura vſi ſunt.

Veſcor ⁊ cetera Ordo x.

Veſcor carnibus, Hic victitat lacte.
Vtor homine familiariter, Vtere modice vino.
Inuitur ⁊ vtor hanc rem, ⁊ abutor operam.
Fruor tuo conſpectu, Et tuo fretus auxilio.
De potior dictum eſt.
Fungitur magiſtratu, Defunctus eſt vita.

Appendix I.

Prepoſitio ſubaudita facit vt ablatiuus recte addatur.
Habeo te loco parentis.
Eſt mihi vice filij, id eſt, in loco, in vice.
Apparuit illi humana facie, Deceſſit magiſtratu.

Infinita Appendix II.

Quibuſdam familiariter adduntur verba infinita, Verbis ſcilicet ſignificantibus voluntatem, Greci, vocarunt, vt
Solet, Debet, Cepit, Optat, Gaudet laudari.
Amat videri diues, Studet metui.
Memini me facere ⁊ feciſſe.

Nam figurate ponuntur, vt a nullo pendeant.
Heccine fieri flagitia? Et venari pro venabatur.

Adduntur ⁊ verba infinita nominibus adiectiuis facultatem ſignificantibus, vt
Difficile eſt efficere Soli cantare periti.

Diuerſi caſus eidem additi verbo.

Appendix III.

Nihil vetat quo minus eidem verbo diuerſi caſus apponantur diuerſe rationis.
Dedit mihi veſtem hanc pignori, te preſente propria manu.
Nam veſtem, additur tanq̃ tranſitiuo.

Mihi, tanquam acquiſitiuo,
Pignori, ex eorum eſt forma, que reſoluuntur per ad, vel in prepoſitionem, id eſt, in pignus.
Te preſente, ablatiuus eſt abſolutus.
Manu, inſtrumentalis.

## Gerundia.

Gerundia omnia eoſdem ferme caſus admittunt poſt ſe, quos habent verba a quibus deducuntur.
Ad diſcendum literas, Ad ſeruiendum tibi.
Ad fruendum amico, Gratia ſalutādi amicos domū redij.
Eſt autem gerundium verbum participiale, quod in di, vel in do, vel in dū, terminatur, ſine certa generis & numeri terminatione.

¶ In di.

Gerundia in di, ante ſe habent hec nomina, gratia cauſa pretextu, occaſione, titulo, otium, facultas, licentia, ars, aut ſimile nomen ſubſtantiuum, facultatem ſignificans.
Gratia diſcendi Athenas miſſus.
Veni huc cauſa viſendi te, Occaſio emergendi.
Non erat copia conueniendi hominem, Ars dicendi.
Nonnunquam precedit adiectiuum.
Cupidus viſendi te, Gnarus bellandi.
Certus eundi, Imperitus nauigandi.
Peritus medicandi.
Formula erat, creſcendi nouarum, procreſcendaꝝ nouarū.
Vbi eſt obſeruandum gtūm ſingularis gerundij cum genitiuo plurali ſine vicio aliquādo copulari, Cicero, Vel hac tantam ſtoicos noſtros epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Irridendi ſingularis numeri, ſui vero pluralis. Liui. Non enim vereor, ne quis hoc me veſtri adhortādi cauſa magnifice loqui exiſtimet. Plau. Nominādi tibi iſtoꝝ, magis ꝙ edūdi copia ē.

¶ In dum.

Gerundijs in dum, preponitur prepoſitio ad, vel inter.
Ad colloquēdū tecū. Inter cenādū, hoc mihi venit in mētē. Inter agēdū occurſate capro. Reperitur & ante domādum.
Cum ſignificamus neceſſitatē, ſine prepoſitione vſurpātur, addito ſubſtantiuo verbo.
Vigilandum eſt ei, qui cupiat vincere.

¶ In do.

Gerundia in do, pendẽt a prepoſitione, in v[el] ab, ſiue dictione que requirit ablatiuum, vt In conſultado locus eſt eloquẽtie.
In pugnando viribus eſt opus, Reuerſus a venando ſiue
Ratio bene ſcribendi cum loquẽdo iuncta eſt. (a venatu.

Et ſine prepoſitione.

Frigidus in pratis cãtãdo rũpitur anguis, id eſt, dũ cãtatur.
Explicatur dum cauſas, cantando tu illum.
Memoria excolẽdo ſicut alia oĩa augetur, hoc eſt, dũ excolitur
Tacẽdo reffellis, i. tacẽs reffellis, Scribẽdo diſces ſcribere.
Romanꝰ ſedẽdo vincit, Ab ſuꝫ ſoluẽdo peculiaris figura eſt.

Gerundia nomina.

Vertuntur gerũdia in nomina adiectiua que gerundiua a nonnullis vocantur, vt
Cauſa viſendi te, ⁊ cauſa viſendi tui.
Eſt aũt gerundiuũ nomen adiectiuũ a gerundio formatũ eiuſdẽ cum eo ſignificationis, ⁊ declinatur ꝑ tria genera ⁊ per omnes caſus in vtroqꝫ numero, neqꝫ aliquẽ regit caſum poſt ſe, ſed pro ſuo ſubſtãtiuo requirit caſum ſui gerũdii ſecum in oĩbꝰ accidẽtibus conuenientem. Ad diſcendum literas,
Ad diſcendas litteras. Legendo libros doctus euades.
Legendis libris, Doctus euades.
Nam quanquam valla ⁊ alij grãmatici rixentur ac reclamitent, mihi ad rem plus facere videtur ſententia eorũ, qui gerũdia ea demuꝫ vocant, que ſui verbi caſus regunt, vt
Salutandi amicos, Eſtqꝫ in voce actiua ſignificatio ſalutare amicos. Nam gerundium eſt infinitiuo cognatum.
Participijs ſimilius eſt ſalutandorum amicorum cauſa.
Nam ſignificatio paſſiua eſt, q̃lis in paſſiuo participio ſolet eſſe.
Differunt tamen quod gerundiua nomina ſignificant rei adminiſtrationẽ ſiue habitũ ſine tẽpore ſaltẽ determinato ad futurũ.
Reſoluunturqꝫ in gerundia ſubſtantiua, vt
Tenet me occupatio iuris dicendi, id eſt, dicendi ius.
In legendis libris tempus conſumo, id eſt, in legendo libros.
Participia vero ſignificant tempus futurum in actu ſine rei adminiſtratione, vt
Tenet me cura dotis numerande, id eſt, que numeranda eſt.
In legẽdis libris deerit mihi tẽpus, hoc eſt, dũ legentur a me.

Illud tamen eſt obſeruandum, multo pulchrius oratiões efferri per gerundiua nomina q̄ȝ per gerundia, ac tritum eſt Priſciani exemplum. Veni, cauſa amandi virtutem, veni amande virtutis cauſa. Ad amplexandam virtutem magiſq̄ȝ ad amplexandum virtutem. Que vna preceptio optima eſt, crebraq̄ȝ eius apud M. Tul. alioſq̄ȝ eloquentes viros fuit obſeruatio.

Quoties tamen loqui oportet per relatiuum, per gerūdium loquamur neceſſe eſt. Hic dies attulit initiū dicendi que vellē, non autem dicendorum eorum que vellem.

## Supina. In tum.

Supina in tum ſignificant actiue, niſi ſint a verbis neutris paſſionem ſignificantibus, ⁊ admittunt poſt ſe eoſdē caſus, quos verba ipſorum, ſequunturq̄ȝ verbum ſignificans motum ad locum, vt Abijt piſcatum. Venio ſalutatum amicos. Significatio infinitiui eſt, Significat enim abijt piſcare. venio ſalutare amicos. ⁊ ad piſcandum, ⁊ ad ſalutandum amicos.

Illa vero Spectatum admiſſi riſum teneatis amici, Do filiam nuptū. Do venū ſiue venūdo edes, latentē in ſe motū obtinēt

Abſolute poſita.

Ponuntur et abſolute cum verbo eſt.

Pugnatum eſt. Actum eſt.
Dormitum eſt. Ceſſatum eſt ſatis.

Supina in tu.

Supina in tu, paſſiue ſignificationis ferme ſunt. Adherent nominibus adiectiuis facultatem ſignificantibus. vt

Turpe dictu .i. dici. Mirabille viſu .i. videri.
Difficile creditu .i. ad credendum, Verbo non iunguntur.

Nam in his primus Surgat cubitu, Obſonatu redeo, Redijt venatu, nomina potius cenſenda ſunt quam ſupina.

Quod ſi dixeris, Bon⁹ ciuis eſt dign⁹ gubernatu, Dubitaueriſq̄ȝ, gubernatu verū nomen ſit an ſupinum, ex adiunctis tolletur hec ambiguitas, Nā cum eſt nomen gtūm regere pōt, vt Dignus gubernatu reipublice, Et iungit ſibi adiectiuum, vt Dign⁹ magno gubernatu, Et recipit prepoſitiōeȝ, vt Receſſit ex gubernatu. Cum vo eſt ſupinum nihil tale habet.

## De participijs.

Participia ſequuntur ꝯſtructionē vboꝝ a quibus deriuātur.
Donaturus tibi veſtem. Donaturus te veſte.
Conſulens tibi. Fruiturus te.
Diligendus ab omnibus. Quanq̄ʒ in his vſitatioꝛ eſt datiuus. Diligendus omnibus.
Exponuntur participia pro infinitiuis. vt Opus eſt maturato pro maturare. Opus eſt facto, id eſt facere.

Participia facta nomina

Cum tranſeunt in naturam nominum, gtūm poſtulant. vt Amans vini. Fugitans litium. Patiens inedie. Cupiens tui. Sitiens auri.
Et ſine caſu, vt Vir potens, eloquens.
Tunc ⁊ comparationem accipiunt moꝛe nominum in ens, vel in tus, deſinentium.
Cupientioꝛ fame quam auri, Cupientiſſimus tui.
Nulli deſyderatioꝛ quam mihi. Deſyderantiſſimus patrie.

Participia facta nomina compoſitione.

Que compoſitiōe fiunt nomina genitiuum aſciſcunt.
Indoctus pile. Inexpertus belli. Quanquam ⁊ hoꝝ ſimplicia ſimili modo vſurpantur.

De nominibus verbalibus Oꝛdo I.

Omnia fere verbalia gtūm admittunt, qui vbis erat actūs. vt
Colo agrum. Cultoꝛ cultrix agri. Cultura agri.
Bibo vinum, Bibax vini. Cupio laudē Cupidus laudis.
Item que ſunt affinia his. vt Auarus laudis. Ignarꝰ oīuʒ. Studioſus tui. Securus amoꝛum.

In bilis Oꝛdo II.

Verbalia in bilis accepta paſſiue datiuo gaudent, vt participia in dus. Flebilis, foꝛmidabilis omnibus. id eſt, flendꝰ foꝛmidandos omnibus.

## Genitiuus additus nomini.

Oꝛdo I.

Nomina ſubſtantiua que ſignificant poſſeſſoꝛem, menſuram ſiue numerum, aut relationem ad aliquid genitiuum exigūt. vt
Creſcit amoꝛ nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
Arma achillis. Cyathus vini.
Modius tritici. Oncia auri.

Ulna panni, Frater petri,
Comes Ulissis, Mille nūmuū.
Duomilia peditum, Par calceamentorum.
Iugum aquilarum, Tres decades queſtionum.
Amicus patris, Princeps patrie.

Vertitur hic gtīus aliquoties in dtīum accedēte ꝟbo est, vt
Hic est tibi pater, Huic ſocer, Illi conſul.

Attributiua Ordo II.

Dum ſignificatur aliquid ineſſe, ſiue adeſſe cuipiam, quod ad laudem, ſeu vituperium pertinet, trifariam efferimus.

Puer bone indolis, Vir maximi naſi.
Puer bona indole, Vir maximo naſo.
Puer bonus indole, Vir maximus naſo.
Et indolem poetice, Et naſum poetice.

Sed ablatiuis latini libentius vſi ſunt,
Puer vultu modeſto.
Cicero Erat infirma valetudine habitus.

Species ⁊ genus Ordo III.

Species ſubijcitur generi in gtō ſiue ī eodē caſu ꝑ appoſitioēꝫ
Nomē Catonis in te non quadrat, Crimen leſe mageſtatis.
Cum eſſemus in terra Italie, ſiue Italia.
In vrbe Rome, ſiue Roma.

Subſtantiue poſita Ordo IIII.

Quedam adiectiua ſubſtantiue poſita genere neutro gtīm admittunt, vt
Multum lucri, Paulum pecunie.
Quid habes negocij? Nihil pudoris.
Quātū habebis pecunie, Tantundem habebis fidei.
Plurimum vini, Minimum aque.

Item pronomina quedam.

Hoc negocij, Id operis, Quid illud mali.
Figuratum eſt, id genus pro eius generis.

Appoſitio.

In ſumma, quoties ſubſtantiuum quacūqꝫ ratione refertur ad alterū ſubſtātiuū additur in gtō, niſi addatur appoſitiue. Nam tum ſatis eſt, ſi concordet in caſu, etiā ſi numero ⁊ genere diſſideat.
Abſtulit Maronem meas delitias.

### De adiectiuis ⁊ ſubſtantiuis.

Adiectiua nomina, Participia. Pronomina concordant cum ſuis ſubſtantiuis in numero, genere ⁊ caſu. vt
Ex malis moribus bone leges nate ſunt.
Iſtam fortunam tui mores promeruerunt.
Donec eris felix, multos numerabis amicos.
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Amicus certus, in re incerta cernitur,
Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, ⁊ intra
Fortunam debet quiſqȝ manere ſuam.

Adiunctio.

Cum plura ſubſtantiua, diuerſi etiam numeri ac generis, ad vnum adiectiuum referuntur, his ferme modis efferri ſolent. Gloria non eſt expetenda, neqȝ diuitie. vt in medio ponas ad quod referuntur partes. Non eſt expetēda gloria, nec diuitie. vt preponatur Gloria ⁊ diuitie non ſunt expetende, vt poſtpoſitum conueniat cum proximo. Gloria, diuitie, genus non ſunt expetenda, vt ſubaudias iſta, idqȝ neutro genere.

Interrogatiuum item ⁊ reſponſiuum coherent in caſu. vt
Quis miſerebitur peccatoris? Mitiſſimus Ieſus.
Cuius eſt ſententia? Ciceronis.
Quod eſt primum ſignum ingenij? Memoria.

Exceptio.

Interdum non licet reſpondere per eundem caſum, vt ſi rogēris, Quot cēnis es? reſpondeas potius centum annorum, quaȝ centēnis, quod nuſquam legitur.
Itē quanti emiſti? paruo. Quia in ſimilibus regimē variatur.
Preterea vbi nullus eſt caſus. vt Quid agitur? Statur.
Item in his, Cuius dicis eſſe has literas? Tuas.
Cuius pecus? Aegonis.
Item cum a diuerſis reguntur, vt Qualitas nominū in quo eſt? Bipertita eſt.

### De relatiuis.

Relatiua ſunt que rem antecedentem referunt, Et ſunt duplic

cia, ſubſtantie ⁊ accidentis. Subſtantie, antecedens ſubſtantiuum referunt. Sunt autem Qui, que, quod, Sui, ſuus, ipſe Ille, is, idem, alius, alter, reliquus, Cetera ceterum, Nam ceter vix reperitur. Omnia ſunt relatiua identitatis, preter quatuor poſteriora que ſunt diuerſitatis.

Relatiua accidentis ſunt Qualis. Quantus. Quot. Quotus. Quotennis. Quotenus. Quotuplus. Quotuplex. Cuius. cuias. et antecedens adiectiuum referunt.

Regula prima.

Relatiuum ſubſtantie identitatis ꝯuenit cum antecedente ſubſtantiuo, in numero ⁊ genere, Caſu non ſemper ꝯuenit, Nam is ſequenti verbo reſpondet. vt Literas accepi tuas, que mibi magno fuere oblectamento.

Exceptio.

Contingit autem relatiuum non conformari ſuo antecedenti. Primo ſi ſubſtantiue capiatur. Plinius.
Adurit laceſcētes germinum oculos, quod in flore carbūculus vocant.

Secundo ſi referatur ad verbum, videtur non cōformari. vt
In tempore ad eam veni, quod omnium rerum eſt primum.
Sed reuera debita eſt concordantia, Nam eius antecedens intellectum puta infinitiuus nominaliter acceptus, eſt neutrius generis.

Tertio ſi non ad vocem ſed ad ſenſum referatur, vt
Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?
Nec mea verba legis, qui ſum ſummotus ad iſtrum.

Quarto ſi referatur ad antecedens non pro re ſed pro voce, vt
Inuenimus Meſſiam quod interpretatur Chriſtus.
Tu vocaberis cephas, quod eſt petrus.

Quinto ſi relatiuo immediate addatur aliud ſubſtantiuum diuerſi generis aut numeri. vt
Celeres ſagitas corripuit, fidus que tela gerebat Achtes.

Sexto ſi ad antecedens referatur ſumptum infinite.
Boetius. Quid vero (ſi ſpectes corpus) imbecillius homine reperire queas? Quos ſepe muſcularum quoqꝫ morſus vel in ſecreta queqꝫ reptantium nequat introitus.
Cicero. Si tempus eſt vllum iure hominis necandi, que multa ſunt.

¶ Regula ſecunda.

Relatiua diuerſitatis antecedens referunt diuerſum ⁊ conſequente, cum quo ↄcordant ſub eodem genere vel ſpecie, vt Amo laurum ⁊ ceteras arbores. Significo quidem laurum eſſe arborem ſed diuerſam ab alijs. Hec relatiua non cum antecedente ſed cum conſequente conueniunt, vt Saluſt. Leones ⁊ alias feras. Item relatiuum ſuus, vt Cliens rogat patronū, vt defendat cauſam ſuam.

¶ Regula tertia.

Relatiua accidentis ſubſtantiuum adſciſcunt a quo mutuantur caſum, genus ⁊ numerum, vt

Crines tui ſunt nigri, quales coruorum penne.

Talis eſt ciuitas, quales principum mores.

¶ Comparatiua Ordo v.

Comparatiua ⁊ Superlatiua genitiuum exigunt, vt

Sum minor fratrum, De duobus.

Sum minimus fratrum, De pluribus.

Nam ſuplatiuū gtōs ſingulares reſpuit, niſi collectiui nōis, vt Ꝺ Danaum fortiſſime gentis Tytide.

Et tum exponūtur per inter. Inter fratres, vel ex fratribus.

Nam comparatiua cum exponūtur per quã ablatiuū adſciſcūt.

Preſtātior te, Eloquētior ōnibꝰ ꝑterq̄ Cicerone. i. q̄ Cicero.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

Et vilius eſt argentum quã aurū, ⁊ aurum quam virtutes.

Additur ⁊ alter ablatiuus ſignificans modum exceſſus.

Eſt maior te quatuor annis, Digito lato te procerior.

Admittit etiam caſum ſui poſitiui, vt Gratior regi.

Sic ⁊ latini comparatiua iterarunt.

Triumphus clarior quam gratior, Apud Liuium.

Quis interpretari poteſt impudentior, ne an improbior.

Plautus, Amicior mihi nullus viuit atque is eſt.

Cice. Mihi videtur diutius abfuturus ac vellem.

Has formulas adſcripſi, vt obſeruetur.

Pro quam latinos vti particulis, ac, atq;.

Comparatiuum ſi poſtponatur excedit ſuperlatiuum, vt

Ariſtoteles doctiſſimus, Sed Plato doctior.

Minuit vero loco poſitiui poſitum, vt

Triſtior ⁊ lachrimis oculos ſuffuſa nitentes, id eſt, ſubtriſtis.

In vicium accipitur addito aduerbio, Paulo, Vir integer qui
dem ſed paulo ſeuerior.
Facundus homo, ſed paulo loquacior.

Quo, eo, vel hoc, quanto, tanto, Dātur comparatiuis.
Quo maior es, tanto te geras ſummiſſius.
Quo quiſq; ditior eo vel hoc ſuperbior eſt.
Omne animi vitium tanto ꝯſpectius in ſe crimen habet, quanto
maior qui peccat habetur.
Multo potior, multo doctior quam ille.

Multo ⁊ longe, apponuntur ⁊ ſuperlatiuis.
Multo omnium doctiſſimus, Longe peſſimus omnium.
Cice. Conſpectus veſter, multo iucundiſſimus.

Quam pro valde ſemper iungitur ſuperlatiuo nunquam poſi
tiuo. Quam cellerrime.
Litere tue fuerunt mihi quam gratiſſime.
At pro quantum, nunq̄m ſuperlatiuo iungitur niſi adantur ꝟba
Poſſum, Queo, Volo, ⁊ que eiuſdem ſignificationis ſunt. vt
Feci quam optime quiui. Sed iungitur poſitiuo, Terentius:
Reiecit ſe in eum flens quam familiariter. Alibi, Tu ſcis quam
intimum te habuerim, id eſt, quantum, Sumitur enim intim⁹
pro poſitiuo quemadmodum proximus Sic etiam, iungitur cō
paratiuo, vt Quam doctior eſt ariſtotele Plato.

Quiſq; eleganter iungitur ſuperlatiuo. vt
Pauperrimus quiſq; contemnitur.

Omnis ⁊ cunctus poſitiuo et comparatiuo. vt
Omnes docti, cuncti ſapientiores.
Sed quiſq; tunc poſitiuo iungitur, cum non recipit ꝯparationē
poſitiuus. Saluſt. Nam ſtrenuus quiſq;, aut occiderat in pre
lio, aut vulneratus diſceſſerat.
Iungitur ⁊ quiſq; numero ordinali. vt
Tertio quoq; verbo loqueris barbare,
Tertio quoq; menſe nos inuiſit.
Cicero. Primoquoq; die conſules ad ſenatum referant.

Quiſq; etiam poſtponitur quotus interrogatiue, cum volum⁹
ſignificare quippiam a nullo, aut a pauciſſimis fieri, vt Quotuſ
quiſq; ita viuit? quaſi dicat, aut nulli aut pauciſſimi.

Item poſitiuo gaudent Valde, per, perquam, oppidoquam
ſane, ſanequam, nimiſquam, Inprimis, cumprimis, interpris

mos, preter ceteros, cum paucis, inter paucos, ante alios, apprime, admodum, admodumqʒ, mirum immodum.

Diſtributiua ⁊ partitiua Ordo vj.

Item nomina partitiua aut partitiue poſita, velut Quiſqʒ, quiſquis, quicunqʒ, quidam, Quis interrogatiuū, ⁊ quis pro aliquis. Aliquis, vterqʒ, neuter, vteruis, vtercunqʒ, nemo, nullus, ſolus, vnus, medius.

Quiſqʒ huius nacionis, Vnumquodqʒ animantium,
Prouocat vnumquemlibet veſtrum, Nemo hominum.
Vtrum horum mauis accipe. Parocinium.

Exponuntur per inter vel ex,

Vnus omnium, id eſt, ſolus omnium.
Medius duorum, id eſt, inter duos, ⁊ dimidium anime.
Item alter, alius, ⁊ his equipolentia pronomina, hic ⁊ ille ⁊ aduerbium partim.
Cicero. Quarum altera exēplis, altera ſcientia poſſunt augere.

Appendix I.

Quanquam in his genitiuis ſignificans totum in aliū caſum ſepe vertitur.

Quis hominum vidit. Et quis homo vidit.
Neuter catonum. Et neuter cato.
Animantium vel animantia, alia ſunt volatilia alia reptilia.

Appendix II.

Ad hanc formam pertinent, Quotus, Quotuſquiſqʒ, ordinem ſignificantia numeralia.
Quotus eras conuiuarum ſeu conuiua?
Quintus regum romanorum, id eſt, inter reges.
Sapientium octauus.
Quamqʒ in hoc poſtremo non tam ordinē ſignificat quam numerum ſimpliciter, vt In illo, Dic quotus eſſe velis.

Adiectiua copiam ſignificantia.

Ordo vij.

Item adiectiua que copiam, deſyderium, noticiam et contra ſignificant genitiuum adſciſcunt.
Stultorum plena ſunt omnia.
Cicero. Referta ſceleratiſſimorum hominum.
Cupidus lucri. Fidens animi. Reus ſunt.
Ignarus hominumqʒ locorumqʒ. Memor preteriti.

Nec ſum animi dubius. Peritus belli.
Preſaga mens mali. Ambiguus futuri.
Item plenus, onuſtus, pauper, diues, inanis, etiam ablatiuum admittunt.

Datiuus poſt nomen, Cōmodi aut incōmodi. Ordo I.

Adiectiua que commodum aut incommodum ſignificant aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt, vt
Rem mihi permoleſtam, Mihi iucundam.
Tibi pernicioſam, Mihi ſalutarem.

Relatiua.

Aptus, Accomodus, Idoneus.
Utilis, Innutilis bello, ſiue ad bellum:
Natus glorie & ad gloriam, Obnoxius illi.
Fidus amico Amicus huic & huius.
Similis diſſimilis huic & huius. Par homero.
Diuerſus huic vel ab hoc, Verg.
Nulli veterum virtute ſecundus.
Affinis cognatus huic vel huius.
Nam cum huiuſmodi ſubſtātiue capiūtur, gtō magis gaudēt.

Accuſatiuus poſt nomen ſpacij menſura Ordo I.

Que certum magnitudinis modū ſignificāt actūz admittunt,
Longus, Latus, Altus, Craſſus.
Turris alta trecentos pedes, Muri ducentos pedes alti.
Liber craſſus tres digitos Siue trium digitorum craſſitudine, & ducentorum pedum altitudine.
Aſſeres non plus ſpacium habentes pedes binos, nec plus paſcant palmum.
Nonunq̄ comparatiui conſtructio obſeruatur, vt
Tota cohors pede non eſt altior vno.
Et per genitiuum, De auguſto, ſtatura quinqz pedum & dodrantis fuit.

Circuitionis via Ordo II.

Quedam per circunlocutionem accuſatiuum admittunt, vt
Non ſum id neſcius, id eſt, non ignoro.

Cuius generis ſunt illa;

Eius rei mihi venit in mentem, id eſt, recordatus ſum.
Et id mihi anus indicium fecit, id eſt, indicauit.
Et opus eſt mihi hac re. id eſt, indigeo

Ablatiuꝰ poſt nomen Ordo I.

Ablatiuus inſtrumenti ſubijcitur certis adiectiuis, vt clarus ingenio, armis. Laſſus cura, feſſus curſu, Letus honore impio apud Verg.
Cōtentꝰ paucis, Nunq̃ grauis ere domū mihi dextra redibat. Potens pecunia, ꝛ preceps ambitione, Orbus parentibus. Immunis, Alienꝰ addunt prepoſitiones. vt Immunis a bello. Alienus a vitijs, Vacuus a periculo animꝰ fuit, Vacuꝰ ab odio. ꝛ vacuꝰ ab ira. Cice. Cum ſumus neceſſarijs negotijs curiſq́ vacui. Saluſt. Ager frugum vacuus.

Item dignus ꝛ indignus ablatiuum adſciſcunt.

Dignus honore. Dignum eſt illo.

Dicimus tamen.

Dignus vt honoretur. Dignus quem omnes honorent. Et dignus honorari ab omnibus.

Numeri.

Ordinem ſignificant, Primus, Secundus. ꝛc. ꝛ interrogatio fit per quotus. Numerum, vnus, duo, tres, ꝛc. ꝛ interrogatio fit per quot, Sed numeri diſtributionē, Bini, terni, quaterni. quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, viceni, triceni, quadrageni, bini.

Regula.

Ergo intereſt cum dicimus, decem aurei militibus dati ſunt. ꝛ deni aurei militibus dati ſunt. Nam decem aurei dati ſunt. Significat, totam legionem ſimul decem tantum aureos accepiſſe non ſingulos, Sed deni aurei, ſignificant ſingulis eſſe datos decem aureos.
Liuius, Militibus qui currum ſecuti ſunt, centenos vicenos quinos aſſes diuiſit .i. Singulis centū quinq́ viginti aſſes.
Sed inuenias etiam cū diſtributiuis vſi ſint, adieciſſe nomē ſinguli, id opinior preter analogiam fieri ꝛ rarum eſt.
Liuius, Singulis centena millia.
Poete diſtributiuis aliquando abuſi ſunt, vt Verg. Septeno gurgite, pro ſeptem gurgitibus.
Pluralia tamen exigunt diſtributiua nomina, vt

Binę litere pro duabus epiſtolis.

# Pronominum conſtructio,

### Genitiui primitiuorum.

Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, genitiui primitiuoꝝ ponuntur cum paſſio ſignificatur, Nam cum actio, addũtur poſſeſſiua.
Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter,
Languet deſyderio tui. nempe quo tu deſyderaris.
Fauet deſyderio tuo, quo tu deſyderas.
Item pars tua, que tibi debetur.
Pars tui, id eſt, manus aut pes, corpus, animus,
Imago tua, quam tu poſſides.
Imago tui, que te repreſentat.

Aliquoties vtrunqꝫ coniungitur, vt Noſtra tui memoria, id eſt, quam nos de te habemus.

### Poſſeſſiua pronomina.

Poſſeſſiua adiectiua ſunt, & non recuſant aliquando genitiuũ.
Mea ipſius cauſa. Tua ſolius vnius.
Meos flentis oculos. Noſter cuiuſqꝫ animus.
Cice. Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.
Noſter duoꝝ euentus probabit vtra gens bello ſit melior.

### Noſtrum & veſtrum.

Noſtrum & veſtrum genitiui plurales gaudent nominibus diſtributiuis, aut partitiuis. vt Nemo noſtrum.
Vnuſquiſqꝫ noſtrum, id eſt, ex nobis.
Item comparatiuis & ſuperlatiuis, vt
Maior veſtrum. Maximus natu noſtrum.

### Reciproca.

Sui, ſibi, ſuus. a. um. non niſi reciproce ponuntur. hoc eſt, vt reflectantur ad id quod preceſſit in eadem orationis parte, aut annexa per copulam.
Ille ſibi placet. Petrus odit ſuos.
Orat vt ſuo faueas filio.

### Demonſtratiua.

Demonſtratiua cum ſubſtantiue ponuntur admittunt genitiuum, vt dictum eſt. Hoc noctis. Idem temporis
Illud acceſſit mali.

### Idem cum datiuo.

Idem datiuũ adiungit, vel ablatiuũ interueniente prepoſitiõe.
Idem facit occidenti, id eſt, quod occidens.
Idem huic, aut idem cum hoc.

## Nominatiuus poſt aduerbium.

En et ecce demonſtrantis nominatiuo ſeu actõ iunguntur.
En quatuor aras, Ecce rem, En lupus in fabula.
En exprobrantis actõ gaudet, En animum ⁊ mentem.

Genitiuus poſt aduerbium Ordo I.

Superlatiua genitiuum exigunt,
Peſſime omnium dixit, Qui omnium optime fecit.

Aduerbia loci ac tẽporis Ordo II.

Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme hi.
Vbi gentium. Eo impudentie ventum eſt.
Quocunqꝫ terrarum. Vbi vis. Quouis terrarum.
Nuſquam gentium. Huccine rerum venimus.
Eo loci redacta eſt. Tunc temporis.
Nam minime gẽtium monadicon eſt, genitiuo feſtiuitatis cauſa addito.

Pridie Poſtridie Ordo III.

Pridie calendarum, ſiue calendas.
Poſtridie eius diei. Poſtridie q̃ꝫ venires.
Poſtridie quam diſceſſeras.

Inſtar Ordo IIII.

Inſtar montis, Inſtar pecudis.
Item Parum, multum, ſatis, abunde vini, vice nominũ poni vidẽtur. Satis eloquẽtie, Sapientie parum ⁊ abunde verboꝝ.

Datiuus poſt aduerbium.

Quedam datiuum admittunt nominum, vnde deducta ſunt.
Venit obuiam illi, Nam obuius illi dicitur.
Canit ſimiliter huic. Nam ſimilis huic.
Et ſibi inutiliter, Sedet proximus illi.
Propinquus ſibi ſedet, quam mihi.

Accuſatiuus poſt aduerbium.

Sunt q̄ accuſandi caſum admittũt p̄poſitionis vnde ſunt ꝓfecta.
Propius vrbem, ⁊ proxime caſtra.

Ablatiuus poſt aduerbium Ordo I.

Que comparantur, conſtructioneꝫ habẽt cõparatiuoꝝ nominũ.

Acceſſi propius te, ideſt, q̄ tu. Melius te vicit, i. q̄ tu.
Plus quingentis colaphis, ⁊ plus millies.

Procul, ⁊c. Ordo II.

Procul dubio, ⁊ procul ab vrbe. Clam patre.
Palam omnibus, Coram omnibus.

Aduerbij conſtructio Ordo I.

Hic, illic, iſtic, intus, Alibi, vbi. vbiq;, vbicunq;, vbi ſi-
libet, Vbiuis, alicubi, Necubi, ſicubi, ibi, inibi, ibidē,
Referuntur ad quietem in loco.

Huc, Illuc. ⁊c. Ordo II.

Huc, illuc, iſtuc, intro, alio, aliquo, nequo, ſiquo, Eo,
eodem, quolibet, quouis, quocunq;, foras, horſum, ali-
orſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum.

Surſum. Deorſum.

Surſum, deorſum, vtroq;, neutro, quoquo verſum.
Referuntur ad motionem ad locum.

Hinc, illinc. ⁊c. Ordo III.

Hinc, illinc, iſtinc, aliunde, alicunde, ſicunde, necunde,
indidem, vnde, vndelibet, vndeuis, vndecunq;, vtrinq;.
Referuntur ad motum e loco.

Hac, illac. ⁊c. Ordo IIII.

Hac, illac, iſtac, alia, aliqua, qua, ſiqua, nequa.
Referuntur ad motionem per locum.

Variantia.

Hec variant, Foris cenat, ⁊ foris venit.
Peregre viuit, Peregre rediit, Peregre abiit.
Nuſquam apparet, Nuſquam diſcedet.

Quibus modis verborum, que congruant aduerbia.

Vbi poſtquam

Vbi, poſtquā, cum, aduerbia temporis, interdum indicatiuis
⁊ interdū ſubiūctiuis verbis apponūt, vt Cū aderit, ⁊ cū venerit.

Simul. ⁊c.

Simul, ſimulac, ſimul atq; magis gaudēt ſubiūctiuis, Simul atq; adoluerit etas.

Vt.

Vt pro poſtq; indicatiuo gaudet, Vt ventum eſt in vrbem.

Quemadmodum. ⁊c.

Quēadmodū. vt. vtrūq;. ſicut, vtrūq; modū admittūt. Vt ſalu-
tabis, ita ⁊ reſalutaberis. Vt ſemētem feceris, ita ⁊ metes.

Quaſi &c.

Quaſi, Ceu, tanq̄, Perinde Acſi, Haud Secus Acſi, cum proprium habent verbum, ſubiūctiuis gaudent apponi.
Tanquam feceris ipſe aliquid. Quaſi nō norimus inter nos.

Alias copulant ſimiles caſus.
Noui hominem tanq̄ &c, Arridet mihi quaſi amico.

Ne. Non.

Ne prohibentis, vel imperatiuis vel ſubiunctiuis additur.
Ne nega, Ne dixeris.

Non verbis imperatiuis non recte apponitur.

Ne. An. Num.

Ne cum eſt interrogantis, indicatiuum amat.
Supereſt ne, & veſcitur aura? Similiter & An, & Num.
At eadem cum accipiuntur dubitatiue, ſiue indefinite, ſubiūctiuum poſtulant.
Viſe num redierit, Nihil refert, feceris ne, an pſuaſeris.

Pene & ſimilia.

Pene, prope, propemodum, tantum non, modo non, vnico verbo, ſeu alia dictione contenta ſunt.
Propemodum inſaniebat, Tantum non inſaniebat.
Modo non montes auri pollicebatur.

Aduerbium relatū non ad verbū.

Aduerbiū aliquoties refertur nō ad vbū, ſed aliā orationis ptē.
Homo egregie impudens, Ne parum ſis leno.
Admodum puer. Admodum ſenex.

Aliquoties aduerbium adheret aduerbio,
Non admodum pulchre. Parum laute.

## De conſtructione coniunctionis.

Quanq̄ & ſimilia.

Quanq̄, tametſi, etſi, etiamſi, frequenti⁹ adiunguntur indicatiuis, Quamuis & licet ſubiunctiuis,

Etiamſi cum vtriſq̄ coheret.
Vt pro quamuis ſemper ſubiunctiuum flagitat.
Serui vt taceant, iumenta loquentur.
Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Aliquoties ad aliam orationis partem referūtur non ad vbū.
Complectitur hominem, quamuis male volētem, etiamſi peſ-

ſime de ſe meritum.

Ut coniunctio cauſalis adſciſcit coniunctiuum. Si preſens verbum precedat, preſens ꝯiunctiuum erit. Si preteritum vbũ preceſſerit, erit ꝯiunctiuũ ptẽm imperfectum. vt Juſſi vt faceres. Significat ⁊ quomodo, Troianas vt opes ⁊ lamẽtabile regnũ. Significat et quam, Ut ſerus eſt, quam ſerus eſt. Deſignat et ſimilitudinẽ, Ut mores ſunt, ita fortuna reſpondẽt. Et ſuplatiuo cognata eſt, Ut quiſq3 optime grece ſciret, ita eſſe nequiſſimũ. Et imprecatiuum, Ut illũ dij deeq3 oẽs pdãt.

Niſi cum ſimilibus.

Ni, niſi, Si, ſiquidem, Quod, quia, ⁊ indicatiuis ⁊ ſubiunctiuis adherent. Niſi facies. Niſi feceris.
Quod bene vales gaudeo.
Quod redieris incolumis gaudeo, Non quia ſic meruit.
Non quia ſit pauper, ſed quod ſit improbus.

Quando, ⁊c.

Quãdo ⁊ quandoquidem, quatenus, indicatiuum exigunt. Et frequẽter ſequũtur cauſa3, cu3 relique huiꝰ ordinis frequẽtius precedant. Quoniam mihi non credis, ipſe facito ꝑiculũ. Ipſe periculum facito, quoniam mihi non credis.

Quippe.

Quippe item cum proprium habet verbum.
Danda eſt huic venia, quippe egrotat.

Quippe qui, vt qui.

Si addideris qui, vtrunq3 admittit modum.
Ut qui plerunq3 ſubiunctiuis adheret.
Non eſt huic habenda fides, quippe qui bis iam peierauit, ſiue peierarit. Ut qui peierarit.

Qui.

Qui cum habet vim cauſalem, ſemper adheret ſubiũctiuo. Stultus es qui huic credas, id eſt, quod vel quia credis.

Ut. Utpote.

Ut ⁊ Utpote, proprium verbum nunquam habent.
Odi Petrum, vt in omnes maledicum.
Utpote in omnes maledicum.

Tum tum, cum tum.

Et tum tum, Cum tum ſimiles modos copulant.
In verbis indeclinabilibus ſimiles caſus.

Odit tum literas, tum virtutem. Amplectitur cum erudi-
tos omnes, tum in primis Marcellum.

Eſt obſeruãdum, cõiunctiones nonnũq̃z nõ cõnectere ſimiles
caſus, vt Prediũ eſt meum ⁊ fratris. Terentius.
Meo atq̃z hoſpitis preſidio, Emptum tribus ſolidis ⁊ pluris
Vir fortiſſimus ⁊ magne ſapientie.

# Prepoſitionum conſtructio.

## Prepoſitio verſa in aduerbium.

Prepoſitiones que citra caſum vllũ vſurpantur, in aduerbiorũ
naturam tranſeunt. Extra me ite.
An mare quod ſupra memorem, quodq̃z alluit infra.?
Prope abeſt.
Quemadmodum rurſus ⁊ aduerbia quedam accedente caſu, in
prepoſitiones tranſeunt. vt Procul. Coram. Clam. Palam.

## Caſus prepoſitionum.

Quedã actũm exigũt, vt Intra parietes. Extra vallum.
Quedam ablatiuum. vt Ab vrbe.
Quedam vtrunq̃z ſed non in eodem ſenſu.

## In.

Varij caſus prepoſitionum earundem.
In, cum ſignificatur actus in loco, deſyderat ablatiuum.
In animo eſt. In foro verſatur.
In pro erga accuſandi caſum habet, Optimo in te aīo.
Item in pro contra. In omnes maledicus.
Cicero. In antonium inuectus eſt.

## In pro ad.

In hoc incũbite, In hoc natus ſum. In mercatum abijt.

## Sub.

Sub nocte, id eſt, in nocte. Sub noctẽ, id eſt inſtante nocte.
Sub ea, id eſt, poſtea.
Item ſub additum verbo motus ad locum actũm exigit.
Sub vmbram properemus.
Sub cum v̄bo quietis, ablatiuum requirit.
lodix. dicis Sub lodice. Sub vmbra.

## Super.

Super numerum ingenuorum, id eſt, vltra numerum.
Super hec omnia, id eſt, preter hec omnia.

Super priamo, ideſt, de priamo.
Super arbore ſidunt, ideſt, in arbore.

Tenus.

Prepoſitio hec petit genitiuum pluralem res geminas ſignifi-cantem, vt Sto in aquis aurium tenus.
Aut numero ſingulari carente, vt Nuptiaꝝ tenꝰ ſoror mea colluſit pueris, Alioqui vult abſtum. vt Lege hũc librũ titulo tenꝰ. Eſt magiſter nomine tenus.

Sed hec videntur veluti compoſita, quemadum & illa, hacte-nus, eatenus, quatenus.

Verſus.

Poſtponitur & verſus ſuo caſui. Romam verſus iter eſt.

Vſq;.

Vſq; raro ſine altera prepoſitione reperitur, & ſignificat tem-poris aut loci magnitudinem. Ad multam vſq; noctem. Ab extrema vſq; indis. Vſurpatur & aduerbialiter pro ſemper ſiue ꝯtinenter.

A

A preponitur dictionibꝰ incipiẽtibꝰ a ꝯſonante. A foro, a ca-ſtris.

Ab.

Ab incipientibus a vocali. Ab omnibus.
Niſi ſint liquide, aut i, conſonans. Ab Ioue. Ab rege.

Abs.

Abs, incipientibus a t, q; Abs te. Abs quiuis.
Prepoſitionem A, vel Ab, & nomen nõnunquam complectere ſolemus ſignificaturi officium.
Ab epiſtolis pro ſcriba. A pedibus pro curſore.
A concionibus pro ꝯcionatore. A ſecretis pro ſecretario.
Quam complexionem nos orationem potius quam vnum no-men iudicamus. Nemo opinor recte dixerit, ab epiſtolis ro-mano, p ſcriba romano, ſed rome ab epiſtolis. Obſeruabis ipſe quomodo vſi ſint authores.

Prepoſitiones ſemper compoſite.

Sunt que non inueniantur extra compoſitionem.
Di Dis, Re, Se, An, Con.
Diduco, Diſſipo, Refero, Seiungo, Ambigo, Cõuenio.
His Valla tres alias adiunxit, Pol, Por, Pos.
Polluceo, Portendeo, Poſſideo.

Con prepoſitio.

Con ex quibuſdam neutris facit trãſitiua. Commixit lectum. Conſpuit hominem. Compluit, Commouit menſam.

Item Ad etiam mutat ṽborum conſtructionem, vt Adeo patrẽ, cum eo patrem non dicitur. Latini repetitione delectantur. vt Adeo ad patrem.

De

Deiicio. id eſt, ex alto iacio. Deamo i. valde amo.

Deſipit, id eſt, ſapere deſiit. Deferbuit etas.

Reclamat, id eſt ꝯtra clamat. Repetit .i. denuo petit.

Retegit, id eſt, quod tectum eſt aperit.

Circa ⁊ circiter.

Circa, locum tẽpꝰ ſignificat. vt Circa forũ. circa horã tertiã

Circiter, ad tempus numerumqꝫ refertur.

Plautus. Redito huc circiter meridiem

Curtius. Multi eo bello capti, circiter duo millia deſyderati.

Intra ⁊ infra.

Intra ad tẽpus refertur. vt Veniam intra horã, nõ infra horã. Significat enim infra locum. vt Infra tectum.

Aliquando ad dignitatẽ refertur, vt Infra dignitatem tuã eſt. id eſt, minus quam dignitatem tuam decet.

Super ⁊ ſupra.

Super ſignificat contiguum. Supra vero non, vt Sedeo ſuper lapidem. Volat ſupra me auis.

Indies, Inhoras. ⁊c.

Indies ⁊ inhoras, id eſt, quotidie ⁊ per ſingulos dies, per ſingulas horas, Et ferme ſemper comparatiuo, aut verbo incremẽti iungitur. vt Indies doctior euadet

Malum in horas creſcit

In diem ⁊ in horam notant vnumquẽlibet diem, non habendo rationem futuri, vt Prodigus in diem viuit.

# De conſtructione interiectionum.

O

O, exclamantis, admittit vocatiuum, nominatiuum, ⁊ actũm O dii immortales. O vir fortis, O inſignem impudentiam. Subauditur autem frequenter, vt Singularem impudentiã.

Heu, proh. &c.

Heu pietas, Heu ſtirpē inuiſam. Proh Jupiter, & Pro deū atq; hominū fidem. Heu mihi, Vetibi, Abtibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exiberi, accuſatiuum habet.
Cedo manum, Cedo ſenem.

Amabo & obſecro. &c.

Amabo & Obſecro blandientis, Sodes & Sultis hortantis verba ſunt, & in interiectionis naturā vſa, quēadmodū & Age. Exclamationes fere per infinitiuum & accuſatiuum efferuntur, Vt adeo ne eſſe inuenuſtum quenquam, vt Ego ſum?

Regula oratoria de relatiuo.

Quando relatiuū qui, que, quod, ꝑponitur antecedētē, ſic vt antecedens cum eodem verbo ꝯſtruatur, latine & elegāter, in eodeʒ ponūtur caſu, vt Quas ad me dediſti literas, fuerūt elegātes & iucūde. Hinc aūt ſubauditur ntūs, hoc modo ſupple ee litere fuerunt iucunde.

Quod Vergilius prepoſuit antecedens in illo verſu, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt, Ad hoc reſpondebimus accuſatiuum pro nominatiuo poſitum eſſe. Et apud Terentium, Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit.

Secunda regula de relatiuo oratoria.

Quotienſcūq; relatiuū qui, que, quod, ponitur inter caſus diuerſoꝝ generꝫ, & ſequens fuerit nomē appellatiuū, poterit ꝯcordare cum vtrolibet, Vt video animal qui eſt aſinus, vel qđ eſt aſinus. Si vero ſequēs fuerit nomē propriū, cum eo ꝯcordabit relatiuum, vt Eſt locus in carcere, quod Tullianū appellatur. Eſt vrbs in Brabantia, quod Louanium dicitur.

De emphaſi.

Initio ſyntaxis dicitur, Niſi diſcretionis aut Emphaſis cauſa. Deſpauterius Eſt inquit Emphaſis figura altiorem prebens intellectum, quam quem verba per ſe ipſa declarant, vt O Maria tu aduocata noſtra.

Regula elegantie.

Verbum ſubſtantiuum poſitum poſt duos nominatiuos diuerſorum numeroꝝ eleganter conſormatur ſecundo nominatiuo, vt

Amantium ire amoris redintegratio eſt.
Bona arma gladius eſt.
Gladius bona arma ſunt.

### Appoſitio.

Appoſitio eſt ſubſtantiuorum ad eandem rempertinentium in eodem caſu poſitio ſine medio ꝯiunctionis. vt
Vrbs roma.

### Appoſitio diuerſorum numerorum.

Duobus modis ſubſtantiua inappoſitione poſſunt eſſe diuerſorum numerorum. Priore vbi alterũ alterius numero caret, vt Vrbs Athene. Poſteriore, vbi alterum eſt collectiuum.

### Euocatio.

Euocatio eſt continua tertie perſone ad primam vel ſecundã reductio elegans, vt Ego Joannes ſedeo.

### Quatuor neceſſaria in Euocatione.

Perſona euocans, que eſt prima, vel ſecunda.
Perſona euocata, que eſt tertia. Abſentia coniũctionis.
Et verbum perſone euocanti conforme.

### Conceptio.

Eſt mediata indignioris ad dignius reductio, vt
Ego tuqꝫ damus.

### Quadruplex conceptio.

Perſonarum, Generum, Numerorum, Caſuum.

### Conceptio perſonarum.

Eſt in qua perſona a perſona concipitur, vt
Ego tuqꝫ damus.

### Conceptio generum.

Eſt in qua vnum genus concipit alterum, vt
Pater & mater ſunt boni.

### Queſtiuncula.

Dicitur ne latine, Calamus & papyrus ſunt mali?
Deſpauteriꝰ. vix inquit bene dicitur: nam in conceptione generum coniuncta per & vel cum debent ſignificare res animatas.

### Conceptio caſuum.

Eſt que fit per cum, vt Ego tecum ludimus.

### Conceptio numerorum.

Eſt vbi ſingulare ꝯcipitur a plurali, vt Petrus & iſti ludũt

Quinq3 neceſſaria in conceptione.

Dictio concipiens, Dictio concepta. Copula, Verbum vel adiectiuum, Concordantia cum dictione concipiente.

Regula indifferentie.

Quotienſcunq3 ſubſtantiua rerum inanimatarum cuiuſcunq3 generis coniūguntur ad adiectiuum, vel demonſtratiuum, vel relatiuum plurale, ipſum erit neutri generis, vt

Calamus ⁊ papyrus ſunt mala.

Calceus ⁊ ſubucula ſunt detrita.

Dicitur autem regula indifferentie, quod ſubſtantiua poſſunt ſine differentia eſſe cuiuslibet generis.

Queſtiuncula.

Quid fiet ſi alterum tantum ſubſtantiuorum ſignificaret rem inanimatam. Deſpauterius adhuc, inquit, opinor locum haberet regula indifferentie. vt

Berta ⁊ veſtimentum eius ſunt vilia.

Prolepſis.

Eſt attributio proprietatis toti diuiſo in ſuas partes que totiꝰ proprietatem vario modo continent, vt

Omnes ſtudent, hic ſcientie, ille pecunie, alius negotiationi.

Totum eſt omnes, cui attribuitur proprietas, ſtudemus, que in partibus hic, ille, alius vario modo continetur.

Syllepſis.

Syllepſis eſt diuerſarum dictionum ſub plurali proprietate conceptio. Hic tamē multis ſubſtantiuis, ita verbum aut adiectiuū adijcitur, vt Conſentiant cum remotiore ſubſtantiuo, ſed preſtantiore, porro pluralis numerus preſtat ſingulari, maſculina femininis. Prima perſona ſecunde, Secunda tertie. Exēpla propoſuimus in principio ſyntaxis.

Sunt ⁊ Syllepſes remo cum fratre quirinus iura dabunt.

Zeugma.

Eſt vnius proprietatis ad diuerſa reductio, ad vnū expreſſe, ad alterum intellecte, vt

Carus eſt panis ⁊ vinum.

Proprietas eſt verbum vel adiectiuum.

Antiptoſis.

Eſt caſus pro caſu poſitio, vt Alienis rebus curas dixit Plautus in Truculento, pro alienes res.

### Queſtiuncula.

Eſt ne his antiptoſis, Petrum iudit? Reſpon. Non eſt. Oportet enim vt antiptoſis habeat autoritatẽ pro ratione excuſante.

Antiptoſis elegans apud oratores ⁊ poetas,

Id genus homines, pro eius generis, Id ne eſtis authores mihi, pro eius rei. Hominibus id etatis, pro eius etatis.

Commigrauit huic vicinie, id eſt, in hanc viciniam.

### Syntheſis.

Oratio eſt congrua ſenſu non voce. vt

Populus clamat. Turba ruunt. Gens armati.

Hec figura familiarior eſt poetis, ⁊ hiſtoricis q̃z oratoribus.

### Synedoche.

Eſt atributio partis ad aliquod totum ſub proprietate verbi vel adiectiui. vt Ethiops albus dentes.

### Tria in Synedoche neceſſaria.

Totum, Pars, Propietas, id eſt, verbum vel adiectiuum.

Orator ab hac figura abſtinẽs dicit. Aethiops albis dentib⁹.

### Regula de opus.

Varia eſt ſyntaxis vocis opus, ſed ablatiuũ ſepius aſciſcit, vt Cicero, Opus eſt huic tuo iudicio. Nonnũquã precedet ntũs Dux ⁊ author nobis opus eſt, rarũ eſt, opus eſt nobis hac rez.

### De vſus.

Vſus pro opus: Eſt mihi vſus libro, veſte, cõſilio. Sed hoc nõ eſt ita frequẽs, Plau. Viginti iã vſus eſt filio argẽti minis.

# Ordo declarationis grãmatice.

Regule ordinis grãmatice declarationis ſunt ſeptem.

### Prima regula.

Excitande particule, vt aduerbia optandi, vocandi, demõſtrãdi, hortandi, ⁊ interiectiones ſumunt principium in ordine declarationis grammatice.

### Secunda.

Poſt hec ſequitur vocatiuus.

### Tertia.

Poſt vocatiuum ſequitur nominatiuus a fronte verbi rectus.

Quarta.

Poſt nominatiuum ſequitur verbum pſonale finiti modi.

Quinta.

Dictio recta ſequitur dictionem regentem.

Sexta.

Declarans declarato poſtponitur, vt adiectiuum ſubſtantiuo. Aduerbium verbo.

Septima

In declaratione orationis diligenter videndum eſt an, aliquid ſubaudiatur. Nam hoc debet ſuppleri, vt

Miſeram me, vereor, Subauditur o, vel heu.

Finis Syntaxeos.

# De punctis clauſularum.

Obiter hic obſeruandū eſt, ex quibus partibus integra periodus ꝯſtet, quia enim veteribus placuiſſe videmus ſententiarū mēbra, περιοδικῶς contexere, non eſt ea ratio a nobis negligenda. Eaq; diligentia ſepe ad copiam ſermonis conducit. Nam cum circūductionibus vtimur ſepe cauſſam preponimus, ſepe antithesin facimus, ſepe comparationē, que ornamenta, reddunt ſermonē vberiorem. Sic ex ꝯparatione facta eſt periodus a Cicerone pro domo ſua. Cū multa pontifices a maioribus noſtris diuinitus inuenta atq; inſtituta ſunt, tum nihil perclarius, quā quod vos eoſdem & religionibus deorum immortalium, & ſumme Rei publi. preeſſe voluerunt. Deinde adiecit cauſſam, vt ampliſſimi ciues rempub. bene gerendo, pontifices religiones ſapienter interpretando Rempub. conſeruarent. Fit aūt periodus ex cōmatis, & colis. Commata Cicero vocat inciſa, ſunt enī imperfecte orationes κῶλα membra ſunt, & in longa circunductione perfecte orationis, vt κῶλον eſt. Cum multa pontifices a maioribus noſtris diuinitus inuenta, atq; inſtituta ſunt. Aliud κῶλον, tum nihil preclarius, quam quod vos eoſdem & religionibus, deorum immortalium, & ſumme Reipub, preeſſe voluerunt.

Tertium κῶλον, vt ãpliſſimi ciues Rempub. bene gerẽdo, pontifices religiones ſapiẽter interpretãdo Rempub. ꝯſeruarẽt. Sed partes colorũ, cõmota ſunt, vt inuenta, atq3 inſtituta ſunt. Et religionibus deoꝝ imoꝛtaliũ, ⁊ ſumme Reipub. p̄eſſe. Poterat ſimpliciter dicere Cicero.

Bene inſtitutum eſt, vt ijdem p̄ſint religionibus ⁊ ſumme Reipub. ſed ſonus orationis grauioꝛ fit cum accedit collatio, item in fine, cauſſa.

Sequitur in eadē oratione alia periodus ex collatione facta. Nõ ſi vllo tp̄oꝛe magna cauſſa in ſacerdotũ populi romani iudicio ac poteſtate verſata eſt. id eſt. primũ κῶλον, hec p̄fecto tãta eſt, vt omnis Reipub. dignitas õniũ ciuiũ ſalus, vita, libertas, are, foci, dij penates, bona, foꝛtune, domicilia, veſtre ſapiẽtie, fidei, poteſtatiq3 cõmiſſa credita q3 eſſe videantur. Id ſecundum κῶλον eſt κόμματα ſunt, omnis Reipub. dignitas, omnium ciuium ſalus, vita, libertas, ⁊c.

# ¶ Donati grammatici illuſtris Barbariſmus incipitur.

BArbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa in cōi ſermone, in poemate vero metaplaſmus. Itē barbariſmꝰ in noſtra loquela, in ꝑegrina barbaralexis dr. vt ſi quis dicat maſtruca, cateia, magalia, acinacis. Barbariſmus aūt fit duobus modis ſcripto ⁊ pronūciatione. His bipartitis quattuor ſpecies ſupponuntur. additio. detractio. immutatio. tranſmutatio. litere. ſyllabe. temporis. toni. aſpirationis.

¶ Per additionē litere fiūt barbariſmi, vt relliquias Danaū. cum reliquias per vnū. l. dicere debeamus. Syllabe, vt nos abijſſe rati, pro abiſſe. Tēporis, vt Italiam fato. cum Italiam correpta prima dicere debeamus.

¶ Per detractionē litere, vt infantibu paruis, pro infantibꝰ. Syllabe, vt ſalmentum pro ſal ſamētum. Temporis, vt vnius ob noxiam, correpte, pro vnius producte.

¶ Per immutationem litere, vt olli pro illi. Syllabe, vt per nuces pro pernices. Temporis, vt feruere Leucatem, cum feruere ſit ſecunde coniugationis. ⁊ producte dici debeat.

¶ Per trāſmutationem litere, vt Euandre pro Euāder. Syllabe, vt diſplicina pro diſciplina. Temporis, vt ſi quis deos producta priori ſyllaba ⁊ correpta poſteriori pronunciet.

¶ Toni quoqꝫ ſimiliter per has quattuor ſpecies cōmutātur. nam ⁊ ipſi adijciuntur, detrahuntur, mutātur ⁊ tranſmutātur. quorum exempla vltro ſe offerunt, ſi quis inquirat.

¶ Totidem etiam modis per aſpirationem deprehenditur barbariſmus, quem quidam ſcripto, quidam pronūciationi indicāt adſcribendū. propter. h. ſcilicet, quam alij litteram, alij aſpirationis notam deputant.

¶ Fiunt aūt barbariſmi ꝑ hiatus ⁊ colliſiones. ⁊ ſunt etiam male ꝯpoſitiones cacoſyntheton, que vitia non barbariſmū eſſe putant, in quibꝰ ſunt metaciſmi. labdaciſmi. iotaciſmi. hiatus. colliſiones, que omnino plus equo minuſue ſonantia ab eruditis auribꝰ reſpuuntur. Nos cauenda hec oīa vitia prelocuti ꝯtrouerſiam de nomine ꝑinacibus relinquamus,

## De ſolecismo.

SOleciſmus eſt vitium in contextu partium orationis cõtra regulam artis grammatice factum.

Inter ſoleciſmum ⁊ barbariſmũ hoc intereſt, ꝙ ſoleciſmꝰ diſcrepantes aut inconſequentes inter ſe dictiones habet, Barbariſmus autem in ſingulis verbis fit aut in ſcriptis aut pronũciatis. Quanq̃ꝫ multi errent qui putant in vna parte orationis etiam fieri ſoleciſmum. vt ſi demonſtrantes virum hanc, aut feminam hunc dicamus, aut interrogati quo pergamus, reſpondeamus Rome. aut vnum ſalutantes ſaluete dicamꝰ, cum vtriqꝫ precedens demonſtratio vel interrogatio vel ſalutatio vim contexte orationis obtineat.

Multi etiam dubitauerunt vtrum quadriga, ſcopa, ſoleciſmus an barbariſmus eſſet. Cum ſcilicet id genus dictionis barbariſmum eſſe vel ipſius vitij diffinitione poſſit agnoſci facile.

Soleciſmus fit duobꝰ modis, aut per partes orationis aut per accidentia partiũ orationis. Per partes orationis fiũt cum alia pars pro alia ponitur. Vt toruũqꝫ repente clamat, pro torue, nomẽ pro aduerbio ponitur. Fit etiam in eadem parte oratiõis hoc vitium, cum ipſa pro ſe nõ in ſuo loco neqꝫ vt conuenit ponitur. vt cui tantum de te licuit, pro in te.

Per accidentia partiũ orationis fiunt tot modis ſoleciſmi, quot ſunt accidentia partium orationis, ſed in his propter compẽdiũ id eſt, breuitatem pauca moſtrabimus.

Per qualitates nominum fiunt ſoleciſmi. vt hauriat hunc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardanus, propriũ ꝓ appellatiuo poſuit.

Per genera. vt valide ſilices pro validi, ⁊ amare corticis pro pro amari. ⁊ collus collaria caret.

Per numeros. vt pars in fruſta ſecant, pro ſecat.

Per caſus. vt vrbem quã ſtatuo veſtra eſt, ꝓ vrbs quã ſtatuo

¶ Per modos verborum, vt Itis paratis arma q̃ꝫ primũ viri. pro Ite parate arma, indicatiuum pro imperatiuo.

¶ Per ſignificationes verborum, vt Expoliantur eos ⁊ corpora nuda relinquunt. pro expoliant.

¶ Per tempora. vt Cecidit ſuperbum ilium ⁊ omnis humo fumat neptunia troia, pro fumauit.

¶ Per pſonas. vt Danai qui parent atridis q̃z primum arma ſumite, pro eo qui paretis.

¶ Per aduerbia. vt intr⁹ eo pro intro. ⁊ italia venio p de italia ⁊ ad romã vado pro romam. cum prepoſitio ſeparatim nominibus addenda ſit, non aduerbio.

¶ Per prepoſitiones, cum alia pro alia ponitur. vt ſub lucem ibant, pro ante lucem. Aut neceſſitate ſubtrahitur. vt ſyluis tyr ⁊ bene feras agitare putaſti, pro in ſyluis

¶ Per coniunctiones. vt ſubiectiſq̃z vrere flammis, q̃z pro ve.

¶ Per ordinem coniunctionum. vt autem fieri non debet, pro fieri autem non debet.

¶ Fiunt preterea ſoleciſmi pluribus modis, quos reprehendendo potius q̃z imitando poſſumus adnotare. Soleciſmus eſt in proſa, in poemate ſchema dicitur.

## ¶ Sequitur de decem vitijs.

CVm barbariſmo ⁊ ſoleciſmo decẽ vitia nominantur. hoc modo. Acyrologia. Cacemphaton. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia. Tautologia. Eclipſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia.

¶ Acyrologia eſt impropria dictionis poſitio. vt Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. pro timere.

¶ Cacemphaton eſt obſcena pronunciatio vel in compoſita dictione vel in vno verbo. vt Numerum cum nauibus equat. et arrige aures pamphile

¶ Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem. vt Sic ore locuta eſt.

¶ Periſſologia eſt adiectio verborũ ſuperuacua ſine vlla vi rerum. vt Ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

¶ Macrologia eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens. vt Legati non impetrata pace retro vnde venerant reuerſi ſunt.

¶ Tautologia eſt eiuſdem dictiõis repetitio vicioſa. vt Egomet ipſe venio.

¶ Eclipſis eſt defect⁹ quidã neceſſarie dictiõis, quam deſyderat preciſa ſententia. Verg. Hec ſecum. deeſt loquebatur.

¶ Tapinoſis eſt humilitas magne rei non id agente ſententia qꝺ demonſtrat, vt Penituſqꝫ cauernas ingentes vterumqꝫ armato milite complent. id eſt, multe legiones armatoꝛum militum impleuerunt multas cauernas. Et dulichias vexaſſe rates. et Pelide ſtomachum cedere neſcij.

¶ Cacoſyntheton eſt vitioſa dictionum compoſitio, vt verſaqꝫ iuuencum terga fatigamus haſta.

¶ Amphibologia eſt ambiguitas dictionis que fit per accuſatiuum. vt ſi quis dicat, audio ſecutorem retiarium occidiſſe. Aꝛ per verbum. vt criminatur Cato, vadatur Julius. nec addatur quem, vel a quo. Aut per participium. vt video ſtatuam auream haſtam tenentem. Fit etiam per ſynonyma. vt ſi quis dicat aciem. neqꝫ addat oculoꝛum, aut exercitus, aut ferri. fit etiam pluribus modis, quos recenſere omnes ne nimis longū eſſet, non opoꝛtet.

## De metaplaſmo.

Metaplaſmus eſt transfoꝛmatio quedam recti ſolitiqꝫ ſermonis in alteraꝫ ſpeciem, metri oꝛnatus neceſſitatis ve cauſa. Huius ſunt ſpecies quindecim. Pꝛoſtheſis. Epētheſis. Paragoge. Apheresis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Siſtole. Dieresis. Syneresis. Epiſynalepha. Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis.

¶ Pꝛoſtheſis eſt apoſitio quedam ad principiū dictionis litere vel ſyllabe. vt gnate pro nate. tetulit pro tulit.

¶ Epentheſis eſt interpoſitio quedam ad medium dictionem litere vel ſyllabe. vt relliquias pro reliquias. Induperatoꝛ pro imperatoꝛ. Hanc autem alij epētheſim, alij parentheſim vocāt.

¶ Paragoge eſt appoſitio quedam ad finem dictionis litere vł ſyllabe. vt magis pro mage. ꝛ poteſtur pro poteſt. hanc alij paralepſim, alij pꝛolepſim, id eſt pꝛeſumptionem vocant.

¶ Apheresis eſt ablatio de principio dictionis litere vel ſyllabe cōtraria pꝛoſtheſi. vt mittere pro dimittere. temno pro ꝯtemno.

¶ Syncopa eſt ablatio de media dictione litere vel ſyllabe cōtraria epentheſi. vt audacter pro audaciter, ꝛ commoꝛit pro

commouerit.

¶ Apocopa eſt ablatio de fine dictionis litere vel ſyllabe. cōtraria paragoge vt achilli pro achilles. poſſis pro poſſitis. potes pro poteſtis. mun pro mutuo.

¶ Ectaſis eſt extenſio ſyllabe contra naturam verbi. vt Italiaꝫ fato profugus. cum Italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

¶ Syſtole eſt correptio ſyllabe contra naturam verbi facta, cōtraria ectaſi. vt aquoſus orion, pro orion producta.

¶ Dierefis eſt diuiſio vnius ſyllabe in duas. vt olli reſpondit rex albai longai, pro albe longe. ⁊ aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aule. ⁊ diues pictai veſtis ⁊ auri, pro picte.

¶ Synereſis eſt conglutinatio duarum vocalium in vnam, cōtraria diereſi, vt phaeton pro phaeton, ⁊ teripedem pro te ipedē.

¶ Epiſynalepha que ⁊ ſynereſis eſt, duarum ſyllabarū in vnā facta conglutinatio. vt ecce autē telis pāthus elapſus achiuū, pro panthoos. Synalepha eſt per interceptionem concurrentiū inter ſe vocalium lubrica quedam leniſqꝫ colliſio. vt atqꝫ ea diuerſa penitus dum parte geruntur. hec a quibuſdam ſynereſis vel colliſio nuncupatur.

¶ Ecthlipſis eſt conſonantium cum vocalibus aſpere concurrētibus difficilis ac dura colliſio. vt littora, multum ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto.

¶ Antitheſis eſt litere pro litera poſitio, vt olli ſubridens, pro illi.

## De ſchematis.

Schemata lexeos ⁊ dianeas ſunt quedam figure verborum ⁊ ſententiarum. Sed ſchemata dianeas ad oratores pertinēt, ad grammaticos vero lexeos, que cum multa ſint, ex omnibus fere neceſſaria ſunt que ſequuntur. ſcilicet. Prolepſis, zeugma, hypozeuxis, ſyllepſis, anadiploſis, anaphora, epanalepſis, epizeuxis, paranomaſia, ſcheſis onomaton, paromeon, homeoteleuton, homeoptoton polyptotō, hyrmos, polyſyntheton, dialiton, antitheton, hypalage, climax.

¶ Prolepſis eſt preſumptio rerū ordine ſecutarum. vt interea reges ingenti mole Latinus Procedunt caſtris Turnus deinde Aeneas.

¶ Zeugma eſt vniꝰ ꝟbi ↄcluſio diuerſis clauſulis apte ꝯiuncta. vt Troiugena interpres diuū qui numina Phebi. Qui tripodas clarij lauros, qui ſydera ſentis.

¶ Hypozeuxis eſt figura ſuperiori ꝯ̄traria, vbi diuerſa ꝟba ſingulis clauſulis reducuntur. vt regem adijt regi memorat nomenq; genuſq;.

¶ Syllepſis eſt diuerſarum clauſularū per vnum verbum conglutinata ↄceptio, vt hic illius arma, hic currus fuit. Hoc ſchema late patet, ⁊ fieri ſolet non ſolum per partes orationis, ſed per accidētia partium orationis. Item ſyllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quādo dictio ſingularis ꝟbo plurali adiungitur, vt ſunt nobis mitia poma, caſtanee molles ⁊ preſſi copia lactis.

¶ Anadiploſis eſt geminatio dictionis, que ex vltimo loco precedentis verſus ⁊ principio ſequentis iteratur, vt ſequitur pulcherrimus aſtur. Aſtur equo fidens.

¶ Anaphora eſt relatio eiuſdem verbi per principia plurimoꝝ verſuū, vt gnate mee vires mea magna potentia ſolus. Gnate patris ſummi qui tela Typhoea temnis.

¶ Epanalepſis eſt verbi in principio verſus poſiti in eiuſdem fine repetitio, vt multa ſuꝑ Priamo rogitās ſuꝑ Hectore multa Et alibi. Ante etiā ſceptrū Dictei regis ⁊ ante impia ꝙ ceſis.

¶ Epizeuxis eſt eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua dictione geminatio, vt me me ad ſum qui feci, in me ↄuertite ferrū.

¶ Paranomaſia eſt veluti quedam denominatio, vt quotiens aliud nomen efficitur de alio, vt nam inceptio eſt amentium, haud amantium.

¶ Scheſis onomatō eſt multitudo nominū ↄiūctorū eodē habitu copulādi, vt Marſa manꝰ peligna cohors, feſtina virū vis.

¶ Paromeon eſt quando ab eiſdem litteris diuerſa nomina ſumuntur, vt o Tite tute tibi tu tanta tyranne tuliſti.

¶ Homeoteleuton eſt cū ſimili modo dictiōes plurime finiūtur. vt eos reduci quam relinqui, deuehi quam deſerri malui.

¶ Homeoptoton eſt cum in ↄſimiles caſus exeunt diuerſa ꝟba, vt merentes, flentes, lachrymantes, comitantes.

¶ Polyptoton eſt multitudo caſuū varietate diſtincta, vt litora

littoꝛibus contraria fluctibus vndas.
Impꝛecoꝛ arma armis pugnent ipſiq; nepotes.

¶ Hyrmos eſt ſeries oꝛationis continue, tenoꝛem ſuum vſq; ad vltimum ſeruans, vt pꝛincipio celum, terras, campoſq; linquentes, lucentemq; globum lune titaniaq; aſtra.

¶ Polyſyntheton eſt dictio multis connexa ꝯiunctionibus. vt Athamaſq;, Thoaſq;, Pelideſq;, Neptolemus, pꝛimuſq; Machaon.

¶ Dialyton, ſiue aſyntheton eſt figura ſuperioꝛi ꝯtraria carens ꝯiunctionib9, vt ite ferte citi flāmas, date tela, impellite remos

¶ Antitheton eſt contra poſitum, & fit quando contraria ꝯtrarijs opponūtur, vt Frigida pugnabant calidis & humētia ſiccis Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

¶ Hypallage eſt verboꝛum per contrarium intellectus, vt Regina e ſpeculis vt pꝛimum albeſcere lucem vidit.

¶ Clymax eſt ſubſcripta gradatio, vt Toꝛua leena lupum ſequitur, lupus ipſe capellam.

## De tropis.

Tropus eſt dictio tranſlata a pꝛopꝛia ſignificatione ad impꝛopꝛiam, oꝛnatus neceſſitatiſue cauſa. ſunt autem que ſequuntur. Metaphoꝛa. Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epitheton. Synedoche. Onomatopeia. Periphraſis. Hyperbaton tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Hyperbole. Allegoꝛia tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Homeoſis in ſuas ſpecies diuiſus

¶ Metaphoꝛa eſt rerum verboꝛūq; tranſlatio, hec fit quatuoꝛ modis. Ab animali ad aīale. Ab inanimali ad inaīale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inaīale, vt tiphyn aurigā celeres fecere carine. Nam auriga & gubernatoꝛ nauis animā habēt. Ab inanimali ad īanimale. vt pelagus tenuere rates. Nam naues, ſicut & rates animā non habent. Ab inanimali ad animale, vt Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris. Piniferum caput & vento pulſatur & imbꝛi. Nam mons aīaz non habet, cui membꝛa hominis attribuuntur. Ab animali ad īanimale, vt ſi tantum in pectoꝛe robur concipis. Nam robur animam non habet, cum Turnus, cui hec dicūtur, animā habeat.

Scire autem debemus alias metaphoras eſſe reciprocas, alias autem eſſe partis vnius.

¶ Catachreſis eſt vſurpatio nominis alieni, vt parricidam dicimus qui occidit fratrem. ⁊ piſcinã que piſces non habet. Hec enim vnde extrinſecus ſumerẽt vocabulum ſuũ non haberent.

¶ Metalepſis eſt dictio pergens gradatim ad id quod oſtendit, vt ſpeluncis abdidit atris. Hoc metuens ⁊ poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

¶ Metonymia eſt dictio quedã veluti tranſnominatio. Huius aũt multe ſunt ſpecies, aut per id quod ꝯtinet id quod ꝯtinetur vt nũc pateras libare ioui, aut ꝯtra, vt crateras magnos ſtatuunt ⁊ vina coronant. Aut pro inuentore quod inuentum eſt, vt ſine cerere ⁊ libero friget venꝰ, aut ꝯtra, vt vinũqꝫ precamur, namqꝫ hic deus adeſt preſens, Exempli cauſa hec poſita addiſcentibus, reliqua monſtrabit lectio.

¶ Antonomaſia eſt ſignificatio vice nõis poſita, que fit tribus modis, Ab animo, vt magnanimus anchiſiades. A corpore, vt ipſe arduus poliphemus. Extrinſecus, vt infelix puer atqꝫ impar congreſſus achilli.

¶ Epitheton eſt appoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam antonomaſia vicem nominis ſuſtinet, epitheton nunqꝫ eſt ſine proprio nomine, vt dira celeno, dia camilla. Fit etiã tribꝰ modis, ab animo, a corpore, extrinſecus. His duobus tropis vel vituperamus, vel oſtendimus vel laudamus.

¶ Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax cum plus minuſue pronũciat, aut enim a parte totum oſtendit, vt puppeſq̃ tue pubeſqꝫ tuoꝝ. Aut contra partẽ a toto, vt ipſius ante oculos ingens a vertice pontus in puppim ferit. ⁊ alibi, fontemqꝫ ignemqꝫ ferebant. Meminiſſe autem debemus qñ fit a parte totum, faciendum eſſe ab inſigniori parte.

¶ Onomatopeia eſt nomẽ de ſono factum, vt clamorqꝫ virum clangorqꝫ tubarum. Tinnitus eris. Atqꝫ leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.

¶ Periphraſis eſt circumlocutio quedam que fit aut ornande rei cauſa, que pulchra eſt, aut vituperande, que turpis eſt, vt Etiam prima nouo ſpargebat lumine terras. Titoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus ſit genitale aruo, ⁊ ſulcos oblimet inertes.

¶ Hyperbaton eſt traſcenſio quedam verborum ordinem per-
turbãs, cuius ſpecies ſunt quinqꝫ. Hyſterologia ſiue hyſterõ
ꝓteron. Anaſtrophe. Syncheſis. Parentheſis. Temeſis.
¶ Hyſterologia ſiue hyſteron ꝓteron eſt ſententie cum verbis
ordo mutatus, vt ⁊ Cererem corruptam vndis torrere parant
flammis ⁊ frangere ſaxo.
¶ Anaſtrophe eſt verborum tantum ordo prepoſterus, vt
Italiam contra, pro contra Italiam.
¶ Parentheſis eſt interpoſita forma diuerſe ſententie, vt
Aeneas (neqꝫ enim patrius conſiſtere mentẽ paſſus amor)
rapidum ad naues premittit Achatem.
¶ Temeſis eſt vnius compoſiti vel ſimplicis ſectio, vna dictio-
ne vel pluribus interiectis, vt ſeptem ſubiecta trioni, ⁊ ſaxo ce-
re comminuit brum, ⁊ maſſili portant iuuenes ad littora tanas,
pro cerebrum, ⁊ maſſilitanas.
¶ Syncheſis eſt hyperbaton obſcurum, ⁊ ex omni parte confu-
ſum, vt tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet. ſaxa vo-
cant itali mediis que in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo.
Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa, q̃ ſaxa in mediis
fluctibus latentia Itali vocant aras.
¶ Hyperbole eſt dictio fidẽ excedens, augẽdi minuẽdi ve cauſa.
Augẽdi, vt niue candidior. Minuendi, vt tardior teſtudine.
¶ Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur, ⁊ aliud dicitur,
vt Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla, hoc eſt carmẽ
finire. Huiuſmodi ſpecies multe ſunt, ex quibꝰ ſeptem eminẽt.
Ironia. Antiphraſis. Aenigma. Charientiſmos. Paremia.
Sarcaſmos. Aſtyſmos.
¶ Ironia eſt tropus qui per contrariũ conatur oſtẽdere quod
dicit, vt Egregiam vero laudem ⁊ ſpolia ampla refertis tuqꝫ
puerqꝫ tuus, hec vbi grauitas pronunciantis adiuuerit confi-
teri videbitur quod negare intendit.
¶ Antiphraſis eſt vnius verbi ironia, vt bellum quod minime
bellum eſt, ⁊ lucum quod minime lucet.
¶ Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem
rerum, vt mater me genuit, eadem mox gignitur ex me, ſigni-
ficat enim aquam in niuem conuerti, ⁊ ex eadẽ rurſus effluere.
¶ Charientiſmos eſt, quo dura dictu gratius proferuntur, vt
interrogantibus nobis num quis nos queſierit, reſponſum

ditur, bona fortuna, exinde intelligitur neminē nos queſiſſe.

¶ Paremia eſt accōmodatum rebus temporibuſq; prouerbiū, vt aduerſus ſtimulum calces, ⁊ lupus eſt in fabula.

¶ Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio, vt en agros ⁊ quam bello Troiane petiſti, heſperiam metire iacens.

¶ Aſtyſmos eſt tropus multiplex numeroſeq; virtutis. Nam aſtyſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret, ⁊ facete ſatis vrbanitate exponitur, vt qui Bauiū nō odit, amet tua carmina Meui, atq; idem iungat vulpes ⁊ mulgeat hircos

¶ Homeoſis eſt minus note rei per ſimilitudinem eius que magis nota eſt demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpecies. Icon. parabola. paradigma.

¶ Icon eſt perſonarum per ſe vel eorum que perſonis accidūt comparatio, vt os humeroſq; deo ſimilis.

¶ Parabola eſt rerum genere diſſimilium comparatio, vt qualis mugitus fugit cum ſaucius aram taurus, ⁊ incertam excuſſit ceruice bipennem.

¶ Paradigma eſt exempli hortantis vel deterrētis enarratio. Hortantis, vt Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinꝰ. Deterrētis, vt at nō ſic Phrygiꝰ penetrat Lacedemona paſtor. Ledeāq; helenā troianas vexit ad vrbes.

Laus deo.

Colimbrie apud coenobium diue crucis. Anno dñi M. D. xxxv:

# Ordo ediſcendi artem.

VT pueri prima adhuc elementa callentes in ipſo ſtatim initio diſcāt, atq; memorie mandent, (quo facilius aſſueſcant) paradigmata declinationum et coniugationum ſupra poſita, deinde genus, declinatiões, preterita et ſupina. Et cetera que, pro cōmodo diſcipulorum diligens preceptor oſtendet.

# Modus examinandi.

## In nomine.

Ntō Scientia, gtō ſcientie. Que pars orationis eſt?
Nomen.
Quid eſt nomen?
Pars orationis que rem ſignificat non actionem.
Eſt nomen ſubſtantiuum an adiectiuum?
Subſtantiuum, quia ſignificat ſubſtantiam.
Vel adiectiuum, quia ſignificat accidens.
Quote declinationis?
Prime, vel ſecunde, quia flectitur per paradigma prime vel ſecunde declinationis.
Cuius generis?
Maſculini vel feminini.
Examinentur et prouectiores de qualitate, Specie, Numero, Figura, Caſu.
Que omnia ad vnguem explicata ſuis in locis inuenies.

## In Pronomine.

Nominatiuo ego, gtō mei, Que pars orationis eſt?
Pronomen.
Quid eſt pronomen?
Vox qua vtimur in demōſtrandis aut repetēdis re, cum nomine vti non erit commodum.

Unde dicitur pronomen?
A pro prepoſitione et nomen, quia pro eo ponitur in oratiõe.
Cuius generis.
Omnis generis, Quia p tria genera vagantur pronomina.
Quote declinationis?
Prime, Que que i, finiunt gtĩũ ſunt primi modi declinatiõis.
Vel que us, ſecundi. Vel que i.e.i. tertij. Vel q̃ is, quarti.
De ſpecie aũt ⁊ numero, figura, perſona, ⁊ caſu pari modo examinentur.

# In verbo.

Amo, que pars orationis eſt?
Verbum.
Quid eſt verbum?
Vox ſignificans agere, aut pati.
Quote coniugationis?
Prime, quia mittit primam perſonam in as, productam.
Vel ſecunde, quia mittit ſecundam perſonam in es, productã.
Vel Tertie quia mittit ſecundam perſonam in is, correptam.
Vel Quarte, quia mittit ſecundam perſonam in is, productam.
De genere, Specie, figura, Modo, Tempore, Perſona, numero, vt in ſuo loco.

# In aduerbio.

Ubi, que pars orationis eſt?
Aduerbium.
Quid eſt aduerbium?
Pars orationis indeclinabilis, que addita verbo ſignificationem eius aut complet, aut mutat, aut minuit.
Unde dicitur aduerbium?
Quaſi ad verbum, quod verbo circunſtantiam adijciat.
De Specie, figura, Significatione, vt in ſuo loco.

# In participio.

Amans, que pars orationis eſt?
Participium.
Quid eſt participium?
Pars orationis declinabilis, que pro verbo ponitur, ex quo deriuatur, Genus ⁊ caſus habens ad ſimilitudinem nominis.
Vnde dicitur participium?
Quaſi particapium, quia partē accipit a nomine, partē a ṽbo, partem ab vtroque.
Cuius generis?
Omnis, quia participia vagantur per tria genera, ſiue vno termino, ſiue tribus terminis.
Quote declinationis?
Tam prime quam ſecunde, quia mittit gt̄m in e, i, Vel tertie quia mittit genitiuum in is.
De Caſu, Numero, Figura, Tempore, Significatione, vt in ſuo loco.

# In coniunctione.

Et que pars orationis eſt?
Coniunctio.
Quid eſt coniunctio?
Pars orationis indeclinabilis cōnectens ordinanſq; ſentētiā.
Vnde dicitur coniunctio?
Abeo ꝙ coniungat, ⁊ orationi pro vinculo interponatur.
De Figura, Ordine, Poteſtate, vt in ſuo loco.

# De prepoſitione.

Ad que pars orationis eſt?
Prepoſitio.
Quideſt prepoſitio?
Pars orationis indeclinabilis, que alijs partibus orationis preponitur, aut per compoſitionem, aut per apoſitionem.
Vnde dicitur prepoſitio?
Ab eo quod alijs partibus orationis preponitur, nam contra naturam prepoſitionis eſt, ꝙ poſtponatur.
De figura, ordine, caſu, vt in ſuo loco.

# De interiectione.

Heu que pars orationis eſt?
Interiectio.
Quid eſt interiectio?
Pars orationis indeclinabilis affectum mentis incondita voce ſignificans.
Unde dicitur interiectio?
Ab interijciendo eo quod alijs partibus interijcitur.
De Significatione, vt in ſuo loco.

Georgius frater ōriu.
nō peccauit qui tacuit
est locatus

GRAM
LATIN

R
o.
b. 3
11